piẽs ſcit bene ferre fortunaꝫ quia hꝫ ſe ſine vituperio ſic tetragonũ.corpus enĩ tetragonuꝫ quocũqꝫ ꝓijcitur firmiter ſtat ſicut animus ſapiẽtis cõſtans permanet q̃cunqꝫ fortuna iminẽte. Nota ꝙ qes animi fit per ſedationem paſſionum que cauſãt ex ordinatione rationis cuꝫ deliberatione. ſed ſubite mutationes preueniũt deliberationem rationis ideo mutant et turbant animum. propter qđ di. phia.omis ſubita mutatio reruꝫ nõ ꝯtingit ſine conflictu aiorũ.Sed tempus eſt te haurire aliquid. Hic phia tangit oportunitateꝫ medendi ipſuꝫ boetiũ dicẽs. Sed tẽpus eſt.i. inſtat te boe.haurire.id eſt recipere ac ꝑ etiã guſtare aliquid molle.i. facile .atqꝫ ꝑ et iocũduꝫ id eſt delectabile qđ leue vel delectabile tranſmiſſuꝫ ad interiora.ſ.tui animi fecerit viã validioribus hauſtibꝰ. i.forcioribꝰ remedijs. igiẽ ꝓ ergo ſuadela .i. perſuaſio rhetorice dulcedinis.id ẽ rhetorici ornatus aſſit.i.ſit preſens q̃ rhetorica ꝓcedit tantũ .i. ſolũmodo.tunc recto calle .i. recta via cũ nõ deſerit id eſt relinqt nr̃a inſtituta.i.documenta.Cunqꝫ hac ſcꝫ rhetorica muſica.i.ars metrica v̾nacula.id eſt famula noſtri laris.i. nr̃e domꝰ. ſ. aſſit et ſuccinat .i.decãtet.nũc i.aliquãdo leuiores mõs.i.faciliores verſus.⁊ nũc id eſt aliqñ grauiores.i.difficiliores. Nota ꝙ phia inuitat duas ſciẽtias ad curationẽ boetij. ſ. rhetoricam ⁊ muſicam.Rhetoricã inuitat ratione ꝑſe in qua vtitur rationibꝰ ꝑſuaſiuis rhetoricis coloribꝰ adornatĩ.Muſicã inuitat ꝓpter metrũ.nã ſicut in muſica vtimur arſi et theſi. i. concordi eleuatõe et depreſſione vocis.ſic ſimiliter ĩ metro vtimur eleuatõne quãdo ꝓducte ſillabe eleuãtur.⁊ vtimur depreſſione qñ breues ſillabe dep̃mũtur q̃daꝫ concordia ꝓporcionali. Nota .d. Tullius in ꝓhemio rhetorice ſue ꝙ eloquẽtia ſine ſapia plerũqꝫ obeſſe poteſt:nũq̃ aũt ꝓdeſſe. cũ igiẽ rhetorica ſit ſciẽtia eloquẽdi ornate ip̃a non ꝓdeſt ſine ſapia.ideo.d. phia ꝙ rhetorica tũc ꝓcedit recto calle qñ non deſerit noſtra inſtituta q̃ ſunt inſtituta ⁊ documẽta ſapiẽtie. Quid eſt igitur o homo. Hic phia adhibet boe. leuia medicamẽta. Ubi nota ꝙ leuia medicamẽta ſiue remedia dicũtur rationes ſumpte ſcđꝫ communẽ vſuꝫ hominuꝫ ꝑſuadentes non eſſe dolendũ de aduerſitate fortune. Remedia autẽ validiora ſunt rationes q̃ ſunt contra communẽ opinioneꝫ hoĩꝫ oſtẽdentes qđ ſit ſummũ bonũ ⁊ in quo conſiſtat

O homo quod te i meſticiā ʒ luctūq ʒ deiecit. Nouum credo aliq̄d īuſitatum q ʒ vidiſti. Tu ſi fortunam putas erga te eſſe mutatā ʒ: erras. Hi ſemper ei⁹ mores ſunt: iſta natura. Seruauit circa te ꝓpriā potius in ipſa ſui mutabilitate conſtantiam. Talis erat cum tibi falſe blandiebatur. cū tibi falſe illecebris felicitatis alluderet: deprehendiſti ceci numinis ambiguos vultus. Que ſeſe adhuc velat. aliis tota tibi prorſus inotuit. Si probas vtere moribuſ ne queraris. Si perfidam phorreſcis ſpne atq ʒ abice pniciose alludentē. Nam que

τ quomodo ad ipſum perueniatur. et ꝙ mali ſunt ipotentes et boni potētes τ ſimilia. Primo ergo oñdit phia non eſſe dolendu ʒ d̄ fortuna quia ſeruat ꝓpriā naturam circa ipſum. τ hoc oſtendit quiq ʒ rationibus perſuaſiuis. ſecundam ponit ibi. ſi probas. tertiam ibi. an vero. quartam ibi. quod ſi nec. quinta ʒ ibi. poſtremo equo τc. Prima ratio talis eſt. Nullus i meſticiā τ luctū d̄ijcit niſi propter aliquid nouū vel inuſitatum contingēs circa ipſum. ſed mutatio fortune non eſt aliq̄d nouum vel inuſitatum. ergo eius mutatio nullum debet d̄ijcere in dolorē. di. ergo in littera. Igitur o hō id eſt tu bo. q̄d eſt illd̄ quod deiecit. i. proſtrauit te in meſticiā q ʒ pro τ luctu ʒ ego phia credo ꝙ tu boe. vidiſti aliquid nouum q ʒ pro τ inuſitatum id eſt inconſuetum ſuple cōtingere circa te. tu boē. putas id ē eꝯiſtimas ipſa ʒ fortunam eſſe mutatam id eſt peruerſā a ſua natura erga. i. circa te. erras. i. falſe eſtimas. q̄ꝛ hi ſemper ſunt eius mores. iſta eſt natura ei⁹ ꝙ nūc ſit aduerſa nūc proſpera. ipſa fortuna ſeruauit circa te potius ꝓpriam conſtantiam in ipſa ſui mutabilitate. q̄ꝛ mutatio fortune eſt ſua conſtantia. talis enim erat ſc ʒ mutabilis. cu ʒ tibi blandiebatur. i. adulabatur. cu ʒ tibi alluderet illeſcebris. i. delectationibus falſe felicitatis. i. proſperitatis. tu deprehendiſti. i. cognouiſti. ambiguos vult⁹. i. dubias facies ceci numinis. i. cece dee fortune. q̄ ſ. fortuna adhuc velat. i. occultat ſeſe. i. ſeipſa ʒ alijs hōib⁹ tū applaudēdo eis ꝓſperitate. ipā tibi tota innotuit. i. manifeſta eſt ꝓrſus. i. oīno. ſ. ꝓſpitate τ aduerſitate. Nota ꝙ illecebra. bre. eſt delectatio carnal' illicita hoīe ʒ alliciēs. l ʒ iueniat̄ ꝓ q̄cūq ʒ alia delectatione. Nota ſic̄ beſtia vel auicula vl' piſcis delectatōis ſpe decipit̄: ſic hō d̄ lectatōe ꝓſpitatis fortune fallacit̄ irrectit̄. vñ Sen̄. viii. epl'a. clamo vitate q̄cūq ʒ caſus tribuit. ad oē fortuitum bonū ſuſpicioſi pauidiq ʒ ſubſiſtite. nā fera τ piſcis ſpe aliq̄ oblectante decipitur. Nota delectatōes fortūe ſunt falſe. nā ſm be. Augu. ꝓſpa hui⁹ mūdi aſpitatē habēt verā. iocūditatē falſa ʒ. certū dolorē icertā voluptatē. Nota. phia appellat fortunā cecū numē. Huguitio dicit. ꝙ numē ē vt⁹ dei vl' ipe de⁹ vl' dei ptās vl' maieſtas. hic aūt accipit̄ ꝓ dea. q̄ꝛ antiq' fortunā colebant. Nota ꝙ fortunā dicit eſſe cecā. dicit Tullius in li. de amicitia. Fortuna vt medic⁹ ignar⁹ multos excecauerat nō ꝙ ipſa ceca ſit ſ ʒ eos cecos plerunq ʒ efficit q̄s cōplexa eſt. Nota ꝙ fortuna antiq̄t⁹ depingebatur duplici frōte calua τ capillata. p caluā deſignādo aduerſitatē. p capillatā ꝓſperitatē. ergo dicit phia deprehendiſti ābiguos vult⁹

fortune. Si ꝓbas vtere moribus. Hic ponit ſcd̃am rõnem q̃ talis eſt: de illius amiſſione non ē dolendũ qđ eſt ꝑnicioſũ: ⁊ quo hito homo nunq̃ ē ſecurus. fortuna eſt huiuſmodi vt tangit in lr̃a: ergo ⁊c̃. dicit ergo. Si probas id eſt approbas fortunã vtere moribus eius ne queraris. i. cõqueraris ſi ꝑhorreſcis. i. ꝑtimeſcis ꝑfidiã eius ſperne atq̃ abijce fortunã ludentē. i. ludendo inferentē tibi ꝑnicioſa. i. dãnoſa. nam

nũc meroris tibi cauſa tãti eſt. Hec eadem trãquilitas eſſe debuiſſet. Reliqt eni te quã nõ relicturã nemo vnq̃ poterit eſſe ſecurus. An vero tu precioſã eſtimas hituram felicitatē: ⁊ cara tibi ē fortuna preſens. Nec manendi fida ⁊ cum diſceſſerit allatura merorem. Qđ ſi nec arbitrio retineri poteſt ⁊ calamitoſos fugiēſ facit: qd ē aliud fortuna fugax q̃ future quoddã calamitatis iudi

fortuna que nunc eſt tibi cauſa tanti meroris per ſui abſentiam hec debuit tibi eſſe cã tranquillitatis i. ſecuritatis p ſui preſentiam: ſed nõ fuit. n. p ⁊ fortuna reliquit te quam nõ relicturã nemo vnq̃ poterit eē ſecurus. Nota circa hoc q dic̃ ꝑnicioſa ludentem. dicit Sene. ludit fortuna cũ ſuis moribus ⁊ q̃ dedit aufert: ⁊ q̃ abſtulit reddit: nec vnq̃ tutius ē illam experiri q̃ cũ locũ iniurie non habet

Nota q ſecuritas maxime hoīem delectat: ꝓpter qđ eſt appetenda. Vñ Sene. vi. epiſtola. Nec me res vlla delectabit. licet ſit eximia ⁊ ſalutaris q̃ q mihi vni ſecurus ſum. Nota q ꝓſperitas fortune non reddit hoīem ſecurum: q2 di. Señ. Munera fortune amica putatis inſidie ſunt: quiſquis veſtrum tutam vitam agere vellet q̃plurimũ põt fortune beneficia deuitet: in quibus miſerrimi falluntᷣ: hic putamus honores i ꝑcipicia curſus iſte deducit. Nota Señ. in de remedijs fortuitorum. Exonerauit te fortuna ſi intelligis ⁊ tutiore loco poſuit dãnum putas remediũ eſt clamas q opibus expoliatus es tuo vicio iſta tibi iactura tã grauis ē non tã moleſte ferres: ſi tanq̃ ꝑditurus hñiſſes. An vero tu precioſam eſtimas. Hic. P. ponit terciã rõnem q̃ talis eſt. Iſtud nõ ē putandũ ꝑcioſum ⁊ carum qđ non eſt manſurum ⁊ ſuo receſſu ē afflictiuũ: ſꝫ fortuna eſt huiõi: ergo non ē reputãda ꝑcioſa ⁊ cara: ⁊ per ꝯñs non ē dolendũ de eiꝰ amiſſione nec gaudendũ de eius poſſeſſione. vnde dicit in lr̃a. Vero ꝓ ſed an tu eſtimas felicitatē abiturã. i. receſſurã. ſupple eſſe precioſam ⁊ fortuna preſens ē cara tibi: nec eſt fida manendi ⁊ cũ diſceſſerit ē allatura. i. adductura merorem: quaſi diceret non debet eſtimari precioſa. Nota q appellat fortunam felicitatē: q2 ſm Ariſto. fortuna vel eſt felicitas vel ē ꝓxima felicitati. vñ in lib. de bona fortuna dicit Ariſto. q non ꝯtingit eē felicē ſine rebus exterioribus quarũ fortuna eſt dñã: ⁊ hoc itelligendũ ē đ felicitate politica ⁊ non ſpeculatiua que cõſiſtit in actu ſapientie. Nota fortuna diſcedens inducitᷣ merorem: q2 dicit Seneca in libro de tranquillitate animi. Letiores reliquit quos fortuna nunq̃ proſpexit q̃ quos deſeruit. Et Boe. poſtea dicet q infeliciſſimum genus infortunij ē felicē fuiſſe. Qđ ſi nec ex arbitrio retineri. Hic ponit q̃rtam rõnē q̃ talis ē. Illud qđ ē iudiciũ future miſerie: nec ē carum nec ꝑcioſum nec per ꝯñs de ipſo dolendum. fortũa eſt huiuſmodi ſicut tangit in littera: vñ dicit q fortũa ſi nec poteſt retineri. i. haberi ex

arbitrio.i.ſm voluntatẽ:⁊ ipſa fugiens.i.recedens facit calamitoſos.i.miſeros.quid alind eſt fortuna fugax ꝗ̃ quoddam indicium.i.ſignum future calamitatis.i.miſerie enim pro quia neqȝ ſufficit intueri.i.inſpicere illud quod ſituȝ eſt.i.poſitũ ante oculos.i.quod eſt preſens.verũ pro ſed prudentia.i. homo prudens metitur.i.menſurat exitus.i.fines rerũ.qȝ pro ⁊ eadeȝ mutabilitas.i.inſtabilitas in alterutro.i.in aduerſitate ⁊ ꝓſperitate nec facit minas. id eſt inſidias fortune eſſe formidandas.i.timendas: nec facit blandicias eſſe exoptãdas.i.deſiderandas. Nota calamitas eſt miſeria cum aliquis nihil habet nec in re nec in ſpe.⁊ eſt dicta a calamo qui eſt vacuus ⁊ inanis. Nota ꝙ non ſufficit ſolum intueri preſentia:ſed etiam futura:quia licet quandoqȝ ꝑ̃ma ſalua fiant indicia:vltima tñ alterius ſaporis ingnamẽta ꝑmanebũt. ħ in fine de diſciplina ſcolarium.⁊ Tullius.ij. rethorice dicit. Erant qui

ciuꝫ. Neqȝ eñi quod ante oculos ſitũ eſt ſuffecerit intueri. Reruꝫ exitus prudentia metitur.eadẽqȝ i alterutro mutabilitas nec formidãdas fortũe minas nec exoptandas facit eſſe blandicias. Poſtremo equo animo tolleres oportet quicquid intra fortũe archã geritur cum ſemel iugo eius colla ſubmiſeris. Quod ſi manendi abeundiqȝ ſcribere legem velis ei quam tu tibi dominam ſponte elegiſti:nonne tu iniurioſus fueris ⁊ impacientia tuam ſortem exacerbabis quam permutare non poſſis.

in proſperis oẽs impetus fortune putant effugiſſe ſapienter cogitant in tẽporibus proſperis:cauſas aduerſas reformidant.⁊ Sene.i de quattuor virtutibus cardinalibus dicit.Si prudens eſt animus tuus tribus temporibus diſpenſet.preſẽtia ordina.futura prouide.⁊ preterita recordare.Naȝ q nihil de preterito cogitat perdit vitam.Qui nihil de futuro premeditatur per omnia incautꝰ incedit.pone ante animum tuum mala futura ⁊ bona.vt iſta poſſis ſuſtinere ⁊ illa moderari. ⁊ Gaufredus in poetria.Exemplo ſirenes habe doceris in illis.ſub meliori ſtatu ſemper peiora caueto.Nulla fides rerum ſequitur poſt mella venenũ.Et claudit nox atra diem nebuleqȝ ſerenũ. Poſtremo equo aio.Hic ponit qntam rõnem que talꝰ ẽ.Quicũqȝ alterius iugo ſe ſubmittit oportet ꝙ mores eius pacienter ſuſtineat:ſed hõ affectõne tẽporalium ſubmittit ſe iugo fortune:ergo oportet ꝙ mores fortune patiẽter tolleret.vnde ſicut iniuſte agit qui vult imponere legem dñe ſue.ita volens imponere legem fortune agit iniuſte:hanc rõnem pretẽdit in littera.Secũdo declarat dictum ſuũ per quedam ſimilia.ibi.Si ventis.Primo dicit.poſtremo.i.vltimo dicam ꝙ oportet vt tu tolleres.i. patiaris equo animo. id eſt conſtanti animo quicquid geritur id eſt ſit intr archam forte id eſt intra mundum cum ſemel ſubmiſeris id eſt ſubiugaueris colla ſcilicet tua iugo fortũne appetendo temporalia tanꝗ̃ premia tuorum meritorum .ꝙ pro ſed ſi velis ſcribere.i.ſcribendo imponere legeȝ manendi ⁊ abeundi ei quam tibi dominam ſponte elegiſti. nonne fueris iniurioſus et impacientia id eſt per tuam impacientiam exacerbabis id eſt argues ſortem id eſt

fortunam quam nō poſſis ꝑmutare. Nota ꝙ philoſophia mundum appellat areaꝫ fortune: quia ſicut in area triturando torquentur manipuli: ſic fortuna in mundo torquet homines nunc proſperitate nunc aduerſitate rotando. Nota circa hoc quod dicit. nonne iniurioſus fueris ꝙ iuſticia eſt libertas animi tribuens vnicuiqꝫ quod ſuum eſt ſecundum ſuam dignitatem. deo amorem ⁊ obedientiā. maiori reuerentiam. pari concordiaꝫ ⁊ minori diſciplinā: ſi ergo famuluſ veliꝫ imponere legē dn̄e ſue cui tenetur exhibere reuerentiaꝫ operatur contra iuſticiam. Nota quicūqꝫ afficitur bonis exterioribus ⁊ mutatur ſecundū mutationem eorum dicitur eſſe ſubiectus fortune ⁊ colla ſua iugo eius ſubmittere: quia fortuna eſt domina bonoruꝫ exteriorum. talis autem fuit Boetius. ergo iniuriabatur fortune volens imponere legē manendi ⁊ recedendi.

Si vētis vela cōmitteres: nō quo voluntas peteret: ſꝫ quo flatuſ impelleret, ꝓmouereris. Si aruis ſemia traderes fertiles inter ſe ānos ſterileſqꝫ pēſares. Fortune te regendum dediſti domine moribus oportet obtemperes. Tu vero voluentis rote impetuꝫ retiere cōaris. at omnium mortalium ſtolidiſſime ſi manere incipit ſors eſſe deſiſtit.

Libri ſecundi proſa prima explicit.

Si ventis vela cōmitteres. Hic ꝓbat dictum ſuum per quedaꝫ ſimilia: ſcilicet ꝙ fortuna non ſit in poteſtate hoīs dicēs. Si cōmitteres vela nauis vento tu duceteris non quo voluntas tua peteret. i. deſideraret: ſꝫ quo flatus venti te pelleret. Si crederes. i. committeres ſemina aruis. i. agris tu penſares. i. iudicares annos feraces. i. fertiles qꝫ pro ⁊ ſteriles inter ſe. ita ꝙ non haberes illos annos in poteſtate tua. a ſimili tu dediſti te regendū oportet ꝙ obtēperes. i. obedias moribus dn̄e. vero ꝓ ſed tu conaris. i. laboras retinere impetū. i. curſū voluentis rote. i. mobilis fortūe ⁊ fruſtra laboras. O ſtolidiſſime. i. ſtultiſſime oīum mortaliū neſcis ꝙ ſi ſors. i. fortuna incipit manere. i. ſtabilis eſſe ꝙ tūc deſinit. i. deſiſtit eſſe ſors. Sicut eni nō ſimul ſtāt ꝙ aliqs ſit hō ⁊ nō ſit rōnalis. ſic non ſtāt ſil' ꝙ ſit fortuna ⁊ nō ſit mutabilis. Nota ꝙ ſicut committens velum vento amplius nō ē i ptāte ſua duci quo vult. ſꝫ ſm impetū venti ducit᷑. ⁊ ſic cōmittens ſemina agro non ē in poteſtate eius ꝙ proueniant anni fertiles vel ſteriles. ſic a ſimili qui cōmittit ſe fortune non ē in poteſtate ſua vt habeat fortunam proſperam vel aduerſam. Nota circa hoc ꝙ dicit voluentis rote ꝙ antiquitus fortuna depingebatur cum rota hac ratione. naꝫ in rota ſunt quattuor diuerſitates. vna pars eſt ſumma: alia infima: tertia qua de ſummo deſcēditur ad ymum. quarta qua de ymo aſcenditur ad ſummum. Similiter in hominibus inueniuntur quattuor varietates. quidam eni ſunt in ſumma proſperitate. ⁊ tales ſunt eleuati in rota fortune. Alij ſunt in ſumma aduerſitate. ⁊ tales iacent deiecti ſub rota. Tertij declinant de proſperitate in aduerſitatem. ⁊ tales deſcendunt de ſummitate rote. Quarti procedunt de aduerſitate in proſperitatem. ⁊ tales aſcendunt rotam fortune. Unde eleuat⁹ in rota fortune dicit glorior eleuatus. deſcendens dicit deſcēdo mortificatus deiectus dicit. Infimus axe rotor. aſcendens dicit. Letus ad alta vehor.

Nota ꝙ natura non aſſueſcit in cõtrarium. nam ſi lapis milleſies proijciatur ſurſum nõ aſſueſcit aſcendere ſurſum cũ natura eius ſit deſcẽdere. Sicut ergo eẽt ſtolidiſſim⁹ q laboraret alicui auferre ſuã naturã. ſic ſtolidus eſt q laborat fortune auferre mutabilitatẽ q̃ eſt eius natura: ergo dicit philoſophia at oim̄ ſtolidiſſime.

Metrum primum ſecundi libri.

Ec cum ſuperba verterit vices dextra. Hic incipit primum metrum huius ſecũdi qđ dicitur yponauticum ab inuẽtore quia labor nautarum cantu huiuſmodi metri ſubleuatur: ⁊ dicitur metrum iambicum a pede predominante. eſt autem iambus pes contrarius trocheo conſtanſ ex prima breui ⁊ vltima longa. ⁊ dicitur metrum trimetrum: licet enim hoc metrum habeat ſex pedes: tamen computando duos pedes pro metro erit metrum trimetrũ. In quo metro philoſophia deſcribit mores fortune dicẽs. Cũ hec ſcilicet fortũa verterit vices. i. alternatiões proſperitatis ⁊ aduerſitatis ſuperba dextra. ⁊ cũ fertur more euripi. i. maris eſtuantis id eſt inundantis. tunc fortuna ſeua id eſt crudelis ꝓterit. i. conculcat reges dudũ tremẽdos. i. metuẽdos. ⁊ ipſa fallax ſbleuat de aduerſitate humilẽ vultũ victi. i. dep̄ſſi nec ipſa audit fletus nec curat miſeros. i. pauperes: ⁊ ipſa exiſtens dura q2 non fluctitur ad voluntatẽ hoium' ridet. i. deridet vltro. i. ſpõtanee gemit⁹ miſeꝝ q̂s fecit. ſic illa ludit ſic ꝓbat. i. experitur ſuas vires. ⁊ ipſa monſtrat ſuis magnũ oſtentum. i. miraculũ ſi qs vſitat̃ vna hora ſtratus. i. aduerſitate depreſſus. ⁊ felix. i. proſperitate eleuatus. q. d. fortuna videtur exhibere ſuis. i. hominibus qui bonis eius inhiant magnum miraculum: quando aliquis ſubito videtur mutari de aduerſitate in proſperitatem ⁊ econuerſo. Nota ꝙ fortuna dicitur ſuperba eo ꝙ nullũ veretur nec aduertit probitatem nec maliciam alicuius: ⁊ ſi vocatur more ſuperborum obaudit.

Metrum primum libri ſecundi.

Ec cũ ſupba verterit vices dextra
Eſtuantis more fertur euripi
Dudũ tremendos ſeua proterit reges
Humilẽq3 victi ſubleuat fallax vultũ
Nõ illa miſeros audit haud curat flet⁹
Vltroq3 gemit⁹ dura quos fecit ridet
Sicq3 illa ludit ſic ſuas probat vires
Magnũq3 ſuis monſtrat oſtentum
Si qs viſatur vna ſtrat⁹ ac felix hora.

Nota ꝙ euripus ſecundum aliquos eſt ventus turbinis: ⁊ dicitur euripus quaſi eurus rapidus: ⁊ eſt eurus nomen venti. Secundum alios autem et forſan melius euripus eſt brachium vel ſinus maris cuius decurſus eſt incertus. ⁊ propt̃ incertitudinem ſui curſus frequenter periclitantur ibi naues. ⁊ dicitur ab eu quod eſt bonum ⁊ ripa quaſi bona ripa per contrarium. ſicut ergo curſus euripi eſtuantis eſt incertus: ſic ⁊ mutabilitas fortune. Nota de operatione fortune qualiter hos eleuat ⁊ hos deprimit. loquitur Alanus in anticlaudiano dicens. Precipitem mouet illa rotam motuſq3 laborũ. Nulla quies claudit nec ſiſtunt ocia motu. Hos premit hos eleuat: hos deijcit erigit illos. Cogit ⁊ in varios homines de

ſcendere caſus. ꝛ ſamarienſis alias pauper henricus. Quicquid agas: qcquid dicas quicquid patiaris nō facis vt retrahas que mea dextra trahit. Sic ego pꝛimatū venerādaq; ſceptra tenebo. Et pꝛo velle meo mel tibi fel q; dabo.

Vellem autem pauca tecū. Hic incipit pꝛoſa ſecūda huius ſecūdi in qua philoſophia pꝛobat Boetio non eſſe conquerendū de foꝛtuna: quia nihil ſibi abſtulit. ꝛ introducit foꝛtunā alloquentē boetiū. ꝛ diuidit: qꝛ pꝛimo ꝑſuadet Boetio introductionē foꝛtune. Secūdo introducit eam. ibi. quid tu o homo. Pꝛimo philoſophia dicit. O Boetio ego phia vellē tecū pauca agitare. i. diſcutere. verbis ipſius foꝛtune. tu vero animaduerte an iuſ id eſt iuſticia poſtulat hoc.

Nota ꝙ ſimilitudo oꝛationis quādoq; generat faſtidium. ideo quando q; ipſam opoꝛtet mutare vnde Tulius. iiij. li. rhetoꝛice dicit. ſermonem in dicendo cōmutare opoꝛtet vt facile ſacietas varietate vitetur. ideo philoſophia hic variat oꝛationem ꝑ introductionem noue perſone vtendo ꝓſopopeya q̄ figura a Tulio vocatur ꝯfoꝛmatio. ꝑſuadet igitur phia Boe. introductionem foꝛtune dicēs. Vellem autem ꝛc.

Pꝛoſa ſecunda ſecūdi libꝛi.

Vellem autē pauca tecū foꝛtūe ipſi⁹ verbis agitare. Tu igitur an ius poſtulet aīaduerte. Quid tu o hō reā me quotidiāiſ agis querelis. Quam tibi fecimus iīuriam. Que tibi tua detraximus bona. Quouis iudice de opum dignitatūq; mecū poſſeſſione contende. Et ſi cuiuſq̄; moꝛtalium pꝛopꝛium: quid boꝛum eſſe monſtraueris: ego ea tua fuiſſe que repetis ſponte concedam. Cum te matris vtero natura pꝛoduxit nuduz reb⁹ omnibus inopēq; ſuſcepi: te meis opibus foui: ꝛ quid te nunc ipacientem noſtri facit: fauoꝛe pꝛona idulgentius educaui. Et omnium que mei ſunt iuris affluentia ꝛ ſplendoꝛe circūdedi. Nunc mihi retrahere manū libet: habes gratias velut vſus alienis. Non hēs ius querele tanq̄; tua perdideris pꝛoꝛſus.

Quid tu o homo. Hic philoſophia introducit foꝛtunam alloquentem Boetium que oſtendit querimoniam eius eſſe iniuſtam. qꝛ nihil ſibi abſtulit. Pꝛimo ergo foꝛtuna oſtendit ꝙ nihil Boetio iniuſte abſtulit. ſecundo quandam reſponſionem Boetij excludit. ibi. at tu moꝛes. pꝛimo ergo facit quod dictum eſt ꝛ tunc ſecundo reſpondet tacite queſtioni. pꝛimo dicit foꝛtuna ad Boe. O tu homo quid agis. i. vexas vel facis me ream quotidianis. i. aſſiduis q̄relis. q. d. facere non deberes. quam tibi fecimus iniuriā. q. d. nullā. q̄ tua bona tibi detraximus. q. d. nulla. ꝯtēde mecū ī iudicio de poſſeſſione opū ꝛ dignitatū coꝛā quocūq; iudice. ꝛ ſi nō mōſtraueris aliquid eſſe pꝛopꝛium hoꝛum bonoꝛum cuiuſquam

moꝛtalium ego ſponte concedam tibi ea que repetis fuiſſe tua. ꝙ autē non ſint tua nec alicuius hoīs ꝓpꝛia ꝓbo tibi:qꝛ cū natura pꝛoduxit te de vtero matris .ego ſuſcepi te nudū ⁊ inopem.i.carentem oībus rebus ⁊ foui te meis opibus ⁊ ego pꝛona.i pꝛompta educaui.i.nutriui te indulgentius.i.clementius fauoꝛe .i. gratia mea quod te nunc facit impacientem noſtri.i.contra nos: quia ſi Boetius a pꝛincipio non fuiſſet nutritus pꝛoſperitate foꝛtune non fuiſſet ipaciens de amiſſione eius.et ſubdit. Ego circundedi te affluentia et ſplendoꝛe omnium bonoꝝ que ſunt mei iuris .i. poteſtatis.nunc autem libet id eſt placet mihi retrahere manum tu habes gratiā .i.mihi referre grates tanꝙ̄ vſus alienis nō habes ius querele tanꝙ̄ tua perdideris.quid igitur ergo ingemiſcis querulando nulla tibi a nobis illata eſt violentia o-

Quid ergo ingemiſcis.nulla tibi a nobis illata eſt violentia. Opes honoꝛeſ ceteraq; talium mei ſunt iuris.dominā famule cognoſcunt:mecum veniunt. me abſente diſcedunt. Audacter affirmem ſi tua foꝛent que amiſſa cōqueris nullo modo perdidiſſes. An ego ſola meū ius exercere ꝓhibeoꝛ. Licet celo ꝓferre lucidos dies: eoſdemq; tenebꝛoſis noctibus condere: licet anno terre vultū nūc floꝛibꝰ frugibuſq; redimere

pes honoꝛes ⁊ cetera talium ſunt mei iuris id eſt poteſtatis ⁊ famule mee ſcilicet honoꝛes ⁊ poteſtates cognoſcunt me dn̄am.mecū veniunt:mecum recedunt. audacter affirmem ſi tua foꝛent que conqueris amiſſa nullo modo ea perdidiſſes. Nota ꝙ tota ratio foꝛtune in hoc conſiſtit. Nulli manet rōnabilis querimonia de eo q nihil alioꝛum aufert:ſed pꝛopꝛia pꝛo ſuo libito diſponit:ſed foꝛtuna nihil abſtulit qḋ erat Boetij ſed pꝛopꝛia diſpoſuit pꝛo ſuo libito.ergo ⁊c. Nota de hoc ꝙ dicit que tibi tua. Seneca dicit ī de remedijs. Non eſt tuum qḋ foꝛtuna fecit eſſe tuum. Alienum eſt omne quicquid optando euenit ⁊ nihil ipſius pꝛopꝛium putari licet quod eripi poteſt. Nota ꝙ homo pꝛoducitur nudus ex vtero matris.per hoc inuitur magna eius miſeria.ſi enī homo nudus naſcitur ⁊ nullo indigeret minus eſſet miſer:ſ; quia nudus naſcitur nihil poſſidens ⁊ pluribus indigens:ideo magis miſer eſt. vnde pauper henricus.pꝛimitus ī mūdo tecū tua quanta tuliſti. Nudus eras pꝛimo ⁊ poſtea nudus eris. Nota ꝙ bona exterioꝛa non ſūt pꝛopꝛia hominis:quia dicit Seneca. Nihil pꝛopꝛium dicas quod mutari poteſt foꝛtūa.te poſcit quod dedit donū quod dari potuit: auferri potuit.⁊ quod foꝛtuna non dedit nō eripit.

An ego ſola meū ius exercere. Hic reſpondet tacite queſtioni.diceret aliquis foꝛtune.licet bona exterioꝛa ſint tua:tamen poſtꝙ̄ ea homini cōtuliſti non deberes amplius auferre.huic queſtioni reſpondet foꝛtūa dicens. ꝙ eſſet contra ius ⁊ contra naturā ſuam quā nullus debet ſibi auferre:īmo debet vti ſicut cetere res vtūtur ſua natura.vnde dicit. Nūquid ſola pꝛohibeoꝛ exercere ius meū:cū omnia alia exercent naturam ſuā.quod declarat:qꝛ licet.i.licitū eſt celo ꝓferre lucidos dies ⁊ coſꝯdere i.abſcondere tenebꝛoſis noctibus . ⁊ licet anno redimere.i.oꝛnare.vultū.i.ſupficiē.

terre nunc.i.aliquando floribus ſicut in vere: nūc frugibus ſicut in eſtate. nūc confundere eam nimbis.i.pluuijs ⁊ frigoribus ſicut in autūno ⁊ hyeme.ius.i.natura ē mari nunc.i. aliqñ.ſ.tempore ſereno:blandiri.i.blandum eſſe:equore ſtrato.i.pacifico ſed tempore tempeſtatis inhorreſcere.i.horridum apparere.procellis ac fluctibꝰ.i.inundatōibꝰ.nūqd inexpleta.i.iſatiabilis cupiditas hoiūȝ alligabit nos ad ↄſtātiaȝ alienam nr̄is moribꝰ quaſi di. non enim hec ē noſtra vis.i.naturaliſ po teſtas.

Nunc nibis frigoribusſqȝ confundere Jus eſt mari nunc ſtrato equore blandiri: nūc ꝓcellis ac fluctibus inhorreſcere. Nos ad cōſtantiam noſtris moribꝰ alienam inexpleta hoim cupiditas alligabit: hec noſtra vis eſt. hunc continuum ludum ludimus. Rotam volubili orbe verſamus: infima ſūmis: ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende ſi placet: ſed ea lege ne vti cū ludicri mei ratio poſſet deſcendere iniuriam putes An tu mores ignorabas meos. Neſciebas Creſum regem lidoruȝ cito paulo ante formidabilem: mox deinde miſerādum rogi flammis traditum miſſo ſolitus imbre defenſum. Nunc te preterit paulum perſi regis a ſe capti calamitatibus pias impendiſſe lachrimas.

hunc ludum continue ludimus.rotam verſamus volubili orbe.i.veloci circulatione. ⁊ nos gaudemus mutare īfima id eſt aduerſa ſūmis. id eſt proſperis.⁊ ſumma infimis id eſt ꝓſpera aduerſis. Tu Boe.aſcende rotam noſtrā ſi placet ꝫ ea lege.i.conditione vti: ne putes tibi fieri iniuriaȝ ſi contingit te deſcendere cū ratō mei ludicri.i. ludi ioſoſi hec poſcet. Nota ꝙ quelibet res in ſua naturali operatione delectatur. fruſtra ergo laborat q naturam rei auferre conatur cū natura non aſſueſcat in cōtrariū.vñ pauper hēricus. Nonne ſua licet quis ſic vtatur arte. Quod ſibi ſors dederit vtitur omnis homo. Miles equis.piſcator aquis. ⁊ clericus hymnis. nauta fretis pugiles marte.poete metris.ruſticus arua parat.numerat mercator auarus. Virgo legit flores.ſtultus amator amat.Seminat in ſpinis nature iura retractans.

Nota ꝙ dicit cupiditatem hominum eſſe inexpletam:quia dicit Ariſtoteles ſecūdo politicorum.Jnfinita eſt concupiſcentia hominū ad cuius repletionem multi viuunt.Et Seneca.xvi.epiſtola.Naturalia deſideria finita ſunt. ex falſa autem opinione naſcentia vbi deſinant non habent.⁊.lxiiij.epiſtola.Omnia aliquis contemnere poteſt.omnia autem habere non poteſt.

An tu ignorabas meos. Hic fortuna excludit quandam reſponſionem Boetij Poſſet eni dicere Boetius.O fortuna ego conqueſtus ſum de tua mutabilitate quia ignoraui mores tuos.Hanc reſponſionem excludit fortuna per plura. Nota Boetium ex quibus poterat perpendere mores ⁊ ſtabilitatem ſuam.⁊ dicit.

Nunquid tu ignorabas mores meos.quaſi diceret. nonne ſciebas quomodo

creſus rex lidoꝝ q prius erat formidabilis cyro regi pſaꝝ: ſ; poſtea captus fuit a cy-
ro ⁊ traditus ignibus ad cremandum: ſ; imbre miſſo celitus fuit defenſus ⁊ euaſit:
Nunquid etiam preterit te quomodo paulus conſul romanus fudit pias lacrimas
ſuper calamitatibus. i. miſerijs perſi regis quez captiuauerat. quid eniz aliud deflet
clamor tragediarum. i. poematum reprehendentium vicia hominum: niſi me fortu-
nā ſubuertentē felicia regna īdiſcreto ictu. i. īcerto euentu non exiſtis adoleſcentulus
didiciſti iacere: in limine
i. in domo iouis duo do
lia vnum bonum aliud
malum de quibus opor-
tuit vnumquenq; intran
tez guſtare. quid ꝯquere
ris ſi vberius de bonorū
parte ſumpſiſti. quid con
quereris ſi a te non tota
diſceſſi. quid conquereris
ſi hec mei mutabilitas eſt
tibi iuſta cauſa ſperandi
meliora. i. proſpera: tamē
ne pro non contabeſcas
i. deficias animo ⁊ tu lo
catus infra commune re
gnum oībus. ſ. in mundo deſideras viuere ꝓprio iure: q: hoc eſſe nō poteſt vt eſti-
maris a cōi lege hoīum. Nota ꝙ cū creſus rex lydoꝝ eēt pugnaturus ꝯtra regem
pſaꝝ: ipſe conſuluit appolinem d̄ ſucceſſu pugne: qui rn̄dit ſibi hm̄oi verſic'o. Cre-
ſus perdet alim tranſgreſſus plurima regna. Alim eſt fluui' quidam: quē v̄ſiculum
Creſus ſic intellexit ꝙ Creſus trāſgreſſus alim perdet. i. deſtruet plurima regna ip
ſi' Cyri. ſ; appol. ſic intellexit. Creſus trāſgreſſus aliz perdet. i. amittet plurima re-
gna ſua. ⁊ hoc cōtigit. nam ipſe cū tranſgreſſus eēt alim victus ē a cyro ⁊ in ignem
poſitus. ſ; tanta inundatio pluuie facta fuit ꝙ extinctus fuit ignis ⁊ euaſit. d̄ quo cū
multum gloriaret̄ dixit filia ſua nomine Fauia. O pr̄ expecta vltimaz diem: anteq̄
non eſt gloriandum. Quadā vero nocte vidit Creſus in ſōno ꝙ eſſet ſuper altam
arborem. vbi Jupiter eum rigabat ⁊ phebus eum ſiccabat. quod ſomnium cum re-
tuliſſet filie ſue. reſpondit filia. Tu eris captus a cyro ⁊ in cruce ſuſpenſus. vbi iu-
piter. i. pluuia te rigabit. ⁊ phebus id eſt ſol te ſiccabit. quod ad vltimuz contigit. ex
quo poteſt perpendi mutabilitas fortune. Nota ꝙ paulus conſul romanus miſ-
ſus fuit pugnare contra regē perſaꝝ qui erat ſuperbiſſimus hominū. cum autem ip
ſum deuixiſſet conſiderans proſperitatem preteritam ⁊ aduerſitatem preſentem ei'
motus pietate fleuit ſuper ipſum ⁊ dimiſit eum: ex quo ſimiliter perpenditur muta
bilitas fortune. Nota ꝙ tragedia eſt carmen reprehenſiuum viciorum. incipiens
a proſperitate deſinens in aduerſitate. ⁊ dicitur a tragos grece qd̄ eſt hircus latīe
⁊ odos cantus: quia cantus huiōi carmīs hirco remūerabat̄: iō dicunt̄ tragedi poe
te q antiq̄ geſta ⁊ facinora ſceleratoꝝ regū luctuoſo carmīe ppl'o ſpectāte. i. r̄ſpiciēte

Quid tragediarū clamor aliud deflet
niſi indiſcreto ictu fortunam felicia reg
na vertentem. Nonne adoleſcentulus
duo dolia: vnum quidem maluz aliud
autē bonum ī iouis limine iacere didici
ſti. Quid ſi vberius de bonoruz parte
ſumpſiſti. Quid ſi a te nō tota diſceſſi
Quid ſi hec ipſa mei mutabilitas iuſta
tibi cauſa eſt ſperandi meliora.
Tamen ne animo contabeſcas ⁊ intra

concinebant ſicut dicit Iſidorus libro ethimologiarum. Nota homerus volens oſtendere mutabilitatē fortune deſcribit in domo iouis iacere duo dolia vini. vnū bonum aliud malum. et oēs intrantes domū de vtroq; oportebat guſtare. ſed quoſdam plus de bono quoſdam vero plus de malo. et hec deſcriptio publice depingebatur Athenis in templo iouis vbi boetius ſtuduit adoleſcens exiſtēs ſicut ipſe teſtatur in de ſcolarium diſciplina. Per domū aūt iouis homerus ſignificabat mundum. p duo dolia pſperitatem et aduerſitatem: et omnes qui viuunt in mundo de vtroq; guſtant. quidam plus de pſperitate: quidam plus de aduerſitate. Nota dicit fortunam ſubuertentia felicia regna. dicit Ganfredus in poetria. Hoc vnū preſcire potes q nulla poteſtas. Eſſe moroſa poteſt: quia res fortuna fecūdas Imperat eſſe breues: ſi vis exempla priores Reſpice fortunas enarrant illa priorum. Florida proſpitas minor ſubuertit athenas. yllum atrides magne cartaginis arces Scipio: ſed multi ſunt romani alia fati. Tempora verſa breui breuis eſt diſtātia leti. Ois et meſti nox ē vicina diei. Hec aliena docent et te tua facta docebunt.

commune omibus regnum locatus proprio iure viuere deſideras.

Metrum ſecundum libri ſecundi.

Si quantas rapidis flatibus icitus
Pontus verſat arenas.
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Celo ſidera fulgent.
Tātas fūdat opes: nec retrahit manū
Pleno copia cornu.
Humanum miſeras haud ideo genus:
Ceſſat flere querelas
Quāuis vota libens excipiat deus

Metrum ſecundum ſecundi libri.

Si quantas rapidis flatibus incitus. Iſtud eſt ſecundum metrum hui⁹ ſecundi quod dicitur aſclepiadum ab inuentore. coriambicū a pede predominante. quid ſit pes coriambus prius habitum eſt et conſtat illud metrum ex primo ſpondeo et duobus coriambis et pirrhicheo vel iambo. quale metrum eſt illius hymni. Sanctorum meritis inclita gaudia. Secundum metrum dicitur ferragratium ab inuentore. conſtans ex primo ſpondeo. ſecundo dactilo. tercio ſpondeo vel trocheo. In hoc ergo metro fortuna conqueritur de inexpleta cupiditate hominum dicens. Si copia id eſt fortuna quam gētiles deam copie appellabant pleno cornu fundat hominibus tantas opes quātas arenas verſat. id eſt voluit. pontus id eſt mare. incitus. i. cōmotus. rapidis flatibus. id eſt impetuoſis vētis. et ſi fundat tantas opes quot ſidera fulgent in celo. edita. i. orta ſtelliferis noctibus et ipſa copia non retrahit manū auferendo opes. haud pro non. ideo humanū genus ceſſat flere id eſt flendo proponere miſeras querelas. et q̄uis de⁹ pdig⁹. i. diues multi auri. i. ad modū prodigi multū aurū diffūdens. ipſe de⁹ libēs excipiat vota hoim et ornet auidos. i. cupidos claris honorib⁹. ſi iā pta. i. acqſita et

poſſeſſa nil videtur eis. ſed ſeua rapacitas voꝛans queſita. id eſt acquiſita pandit. id eſt manifeſtat alios hiatus id eſt receptacula cupiditatis. Et tūc querit foꝛtuna que iam frena retentent. id eſt detinebūt certo fine. cupidinē. i. auariciam hominū p̄cipitē. i. pꝛecipitātē hominē. cū ſitis. i. deſiderium habendi fluens largis muneribus ardeſcit in homine. et iō ille q intrepid⁹ terroꝛe aduerſitatis ⁊ gemēs credit ſeſe egentē ille nunq̄ȝ diues agit. id eſt vitam ducit. Nota circa hoc ꝙ dicit pleno copia coꝛnu. ꝙ cum Hercules quodam tempoꝛe luctaretur cum achileo ⁊ achileus mutaret ſe in thaurum hercules app̄hēdēs ipſum per coꝛnu effregit illud ⁊ repletum pomis ⁊ floꝛibus odoꝛiferis ſacrificauit illđ foꝛtune qđ coꝛnu dicitur foꝛtuna quibuſdam pꝛopinaſſe plenuȝ: quibuſdā vacuuȝ: quibuſdam ſemiplenū ſecundum diuerſum ſtatum pſperitatis et aduerſitatis hominū. Nota ꝙ foꝛtuna inuehitur contra auariciam hominuȝ. qđ Tullius in libꝛo tuſculanarū queſtionū. d. auaricia ſtudium pecunie habet quā nemo ſapiēs concupiuit. ea eniȝ q̄ malis veniens imbuta coꝛp⁹ aīmq̄ȝ virilem offendit. ipſa eni inſaciabilis mancus neq̄ȝ copia neq̄ȝ inopia minuitur. et in eodeȝ hoc dicit. Quid eſt ꝙ multi cupiditate pecunie feruntur quoꝛuȝ ita perturbantur animi vt non multum abſint ab inſania. et dicit Seneca epl'a. lxxv. Auaricia nūq̄ȝ hȝ mai⁹ malū niſi ꝙ ingrata ē. ⁊. lxxiiij epl'a. Auaros comparat canibus dicens. Vidiſti aliquem caneȝ miſſum a domino panis fruſta aut carnis aperto oꝛe captantē quicquid arripit pꝛotinus integrū deuoꝛat ⁊ ſemper ad ſpem futuri inhiat. Idem etiaȝ euenit nobis quicquid nobis foꝛtuna expectantibus porrigit illud ſine omni voluntate dimittimus ⁊ ſtatiȝ ad rapinam alterius erigimur. Nota qui credit ſe egentem non eſt diues ſed pauper quia dicit Seneca pꝛima epiſtola. non qui parum habet ſed qui plus cupit pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in archa. quantuȝ in hoꝛreis iaceat ſi alieno hiatu imminet. Nota ꝙ diuitie non tollunt auariciaȝ ſed augmentant. vnde Seneca decimaſexta epiſtola dicit. Congregatur in te quicquid locupletes poſſederūt. vltra pꝛiuatum pecunie modum foꝛtuna te pꝛouehat: auro tegat: purpura veſtiat: terram marmoꝛiq̄ȝ abſcōdat: accedāt ſtatue ⁊ picture. ⁊ quicquid vlla ars elaboꝛauit maioꝛa cupere ab his deſiſtes. vnde Iuuenalis. Interea pleno duȝ turget ſaculis ere. Creſcit amoꝛ nummi quantum pecunia creſcit.

Multi pꝛodigus auri
Et claris auidos oꝛnet honoꝛibus.
Nil iam parta videntur
Sed queſita voꝛans ſeua rapacitas:
Alios pandit hiatus.
Que iam pꝛecipitem frena cupidineȝ
Certo fine retentent
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi.
Nūq̄ȝ diues agit qui trepid⁹ gemēs
Sēſe credit egentem.

Pꝛoſa tertia libꝛi ſecundi.

Pꝛoſa tertia ſecundi libꝛi

Is igitur ſi pro ſe tecum fortuna. Hic icipit tercia pſa hui⁹ ſecundi in qua phia probat Bo. non debere conqueri de fortuna quia multa bona ſibi contulit. ⁊ primo inquirit phia quid ſentiat de dictis fortune. ſcdo bona fortune ſibi collata enumerat. ibi. Veruntamē. Primo oſtendit philoſophia ꝙ Bo. nihil habeat loqui cōtra fortunā. Scdo Boetius reſpondet. Tercio philoſophia eius reſponſionem approbat ſicut patebit. dicens primo. ſi fortuna loqueretur tecum his verbis p ſe profecto p certe tu non haberes quid contra hiſceres. id eſt nō haberes vnde aperires os ad reſpondēdum fortune. ac ſi quid eſt quo tuam querelam iure tu caris oportet id eſt neceſſe eſt vt proferas. dabimus tibi locum dicendi. Tunc Boetius reſpondet. Speciosa quidez ſunt iſta que fortuna dixit ⁊ ſunt oblita id eſt delinita melle. id ē delectatōne rhetorice dulcedinis. ſ. quantum ad proſam. ac pro et muſice dulcedinis ſcilicet qꝫtum ad

Is igitur ſi pro ſe tecuz verb fortuna loqueretur qd pfecto cōtra hiſceres nō haberes. At ſi quid eſt quo querelā tuā iure tuearis proferas oportet. dabimus tibi dicendi locū. Boe. Tuz ego ſpecioſa qdem iſta ſunt inquam. Oblitaqꝫ rhetorice ac muſice melle dulcedinis. tunc tantū cum audiuntur oblectant. Sed miſeris malorum altior eſt ſenſus. Itaqꝫ cum hec auribus inſonare deſierint inſitus animum meror pregrauat. Philoſophia Et illa ita eſt inquit. Hec enim nonduz morbi tui remedia.

metrum et tantum tunc delectant animum meum cum audiuntur. ſed ſenſus id eſt perceptio malorum eſt altior. id ē profundior miſeris qꝫ iſta poſſint attingere. quaſi dicat qꝫuis verba fortune ſuperficialiter me delectent. tamen ad profunditatem mei doloris non attingunt. Itaqꝫ. i. ergo cum hec verba fortune deſierit id eſt ceſſauerint inſonare auribus meis meror incitus id eſt immiſſus pregrauat animum meum. Tunc philoſophia approbat reſponſionem Boetij dicens. Ita ē. hec enī verba fortune nondum ſunt remedia tui morbi. ſed ſunt quedam fomenta id eſt linimēta aduerſum curationem id eſt contra ſanationem contumacis doloris. nam remedia que penetrant id eſt immittūt ſe in profundum perturbationum expellendo cauſam radicalem tui morbi: iſta amouebo id eſt apponam cum fuerit tempeſtiuū. Nota ꝙ boetius nihil habuit loqui cōtra verba fortune quia verum dicit. ⁊ contra veritatem non eſt loquendum. Nam vero omnia conſonant et veritas ſibi ipſi atteſtatur ſecundum ariſtotelez. Nota hiſco eſt verbum inchoatiuuz et profertur per ſincopam. quia regulariter deberet dici hiaſco. vnde hiſcere eſt hiatum inchoare cum aliquis aperit os. Nota ꝙ oblitus altera producta eſt participium verbi obliuiſcor. Sed oblitus altera correpta deſcendit a verbo oblino. ⁊ oblitus idem eſt ꝙ maculatus. vnde verſus. Immemor oblitus notat oblit⁹ eſt maculat⁹

Nota circa hoc ꝙ dicit inſitus meroꝛ animum aggrauat. ꝙ quem non dolere de infoꝛtunio nulli contingit niſi animo multum eleuato ſuper foꝛtunam. qꝛ d. Seneca. lxv. epl'a. plus ego te dolere nolo ſed vt non doleas vix exigere audeo. nulli aũt iſta firmitas animi cõtingit niſi multũ ſupꝛa foꝛtunã eleuato. ⁊ ſubdit. illud agamus vt iocunda nobis fiat amiſſoꝛum recoꝛdatio. nemo libẽter ad id redit qꝺ non ſine toꝛmẽto cogitatur⁹ ẽ. Nota ꝙ ꝑ rhetoꝛicã ⁊ muſicã dulcedinẽ foꝛtune bo. adhuc non fuit reſtitut⁹ virtuti ⁊ ſapiẽtie. qꝺ atteſtaṫ eius meroꝛ aggrauãſ animum. Nam virtus ⁊ ſapientia doloꝛem et meroꝛẽ oppꝛimit. vñ Seneca. lxv. epl'a. Quemadmodũ minuta lumina claritas ſolis obſcurat: ſic doloꝛes meſticias. iniurias. ſapientia et virtus ſua magnitudine elidit atq; oppꝛimit. Ueruntamẽ ne te exiſtimari miſerum velis. Hic philoſophia enumerat bona foꝛtune Bo. collata rõe quorum nõ debuit ſe eſtimare miſeruz. et pꝛimo enumerat bona pꝛeterita que ipm felicem fecerunt. poſtea enumerat in quarta pꝛoſa bona que ipſum in pꝛeſenti felicem oſtendũt. pꝛimo igiṫ phia deſcribit felicitatez ſuã pꝛeteritam. ſecundo excludit quendã obiectõnẽ. ibi. Quid ſit idcirco. Pꝛimo enumerat q̃daz bona communia. ſecundo magis ſpecialia. ſcꝺa ibi. Pꝛeterea libet. Pꝛimo dicit. O bo. ſi velis te exiſtimare miſeꝝ nũqd oblitus es nũerum et modũ felicitatis tue. taceo. i. ꝑtranſeo ꝙ te deſolatum. i. pꝛiuatum parẽte. i. patre ⁊ matre cura ſummoꝛum viroꝛũ. i. ꝯſulum romanoꝛum te ſuſcepit ⁊ tu delectus. i. de alijs electus i affinitate ṗncipum ciuitatis cepiſti pꝛius eſſe carus q̃ȝ pꝛoximus quod eſt pꝛecioſiſſimum genus pꝛopinquitatis. quis nõ pꝛedicabit te feliciſſimum cum tanto ſplendoꝛe tuoꝛum ſoceroꝛuȝ cũ tanto pudoꝛe cõiugis. i. vxoꝛis et cum oportunitate. i. opoꝛtuna felicitate maſculine pꝛolis. q. d. nullus eſt q non iudicauerit te felicem in his. Nota ꝙ triplex eſt genus pꝛopinquitatis. Pꝛimum qꝺ cõtrahitur ex genealogia ⁊ in tali pꝛopinquitate aliquis ſimul eff citur pꝛoximus et carus. nam frater fratri eſt carus ⁊ pꝛopinqu⁹. Alia eſt pꝛopinquitas q̃ contrahitur ex matrimonio. ⁊ vocatur affinitas et in tali ꝓpinquitate aliqs ṗus efficiṫ pꝛopinqu⁹ q̃ȝ carus. Tercia pꝛopiquitas cõtrahitur ex bõis moꝛib⁹ ⁊ virtutibus. ⁊ hoc eſt pꝛecioſiſſimum gen⁹ ꝓpinqtatꝭ. et i tali aliqs ṗ⁹ efficitur carus q̃ȝ ꝓpinquus. ⁊ ſic Bo. pꝛius fact⁹ fuit romanis pꝛincipib⁹ car⁹ rõe virtutꝭ q̃ȝ pꝛopinqu⁹ mrĩmoniũ ꝯtrahẽdo cũ eis. Nota ꝙ phia dicit boetiũ fuiſſe

ſed adhuc cõtumacis aduerſus curationem doloꝛis fomenta quedam ſunt. Nam que in pꝛofundum ſeſe penetrãt cum tempeſtiuum fuerit amouebo. Ueruntamen ne te miſerũ exiſtimari velis: an numeruȝ modumq; tue felicitatis oblitus es. Taceo ꝙ deſolatum parente ſummoꝛũ te viroꝛũ cura ſuſcepit: delectuſq; i affinitatez pꝛincipum ciuitatis quod pꝛecioſiſſimum pꝛopinquitatis genus eſt pꝛius carus q̃ȝ ꝓximus eſſe cepiſti. Quis non te feliciſſimuȝ cum tanto ſplendoꝛe ſoceroꝛum

felicem ſplendore ſocerorum in plurali cum tamen non habuerit niſi vnum ſocerum nam ſocer dicitur cuius filiam aliquis ducit ⁊ non legitur ꝙ Boetius habuit duas vxores. ad hoc poteſt dici ꝙ hic accipitur large non tantū ꝓ patre vxoris: ſed etiam ꝓ fratre qui large etiā poteſt dici ſocer. ergo dicit pluraliter ſocerorꝝ. Nota ꝙ ex tribus phia dicit bo. felicē fuiſſe ex honeſtate ſocerorꝝ. ex pudore cōiugis. ex opportunitate maſculine prolis. i. ſuorꝝ filiorꝝ.

tum coniugis pudore: cum maſculine quoqꝫ prolis opportunitate predicabit. Pretereo libꝫ enim preterire cōmunia aſſumptas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates ad ſingularem felicitatis tue cumulū venire delectat Si quis rerum mortalium fructus vllum beatitudinis pondus habet: poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruentiuꝫ malorum mole deleri. Cum duos pariter conſules liberos tuos domo prouehi ſub frequentia patrum ſub plebis alacritate vidiſti cum eiſdem in curia curules inſidentibus tu regie laudis orator ingenii gloriam facundie meruiſti: cum

Pretereo libet cū ꝑterire cōia. Hic phia enūerat quedā bona ſpūalia ex qb⁹ bo. non debet ſe eſtimare miſerū ⁊ dicit. ego ꝑtereo. i. pertranſire volo. q̄ꝛ mihi libꝫ preterire cōia bona ⁊ delectat me venire ad ſpecialē cumulū tue felicitatis ſcꝫ ad ſumptas dignitates in adoleſcētia negatas ſenib⁹. ⁊ ſubdit. ſi qs fructus mortaliū rerū habet vllum pondus beatitudinis. i. ſi ꝓpter aliqd tēporale bonū homo debet dici felix poterit ne memoria illi⁹ lucis. i. tue felicitatis quā iam dicaꝫ deleri quātalibet mole. i. quocūqꝫ pondere ingruentium malorꝝ. q. d. non poteſt deleri. ⁊ que eſt illa felicitas cū tu vidiſti liberos tuos id eſt filios tuos pariter cōſules. i. incōſules electos ꝓuehi. i. duci de domo tua ſub frequētia. i. diligentia patrū ſcꝫ ſeniorꝝ ⁊ ſub alacritate. i. ſub gaudio plebis ⁊ cū tu eiſdem filijs tuis inſidētib⁹ curules. i. ſedes iudiciarias orator. i. ꝑdicator regie laudis meruiſti gloriā ingenij ⁊ facūdie. cum tu medi⁹ in circo. i. in circulatione duorꝝ cōſulum ſcꝫ filiorꝝ tuorꝝ ſaciaſti expectatione circūfuſe multitudinis triūphali largitione. i. victoriali triūphatione. vt ego opinor tu dediſti verba. i. deceptiones fortune cum te illa demulcet duꝫ te fouet vt ſuas delicias tu abſtuliſti mun⁹ qd nunq̄ꝫ cōmodauerat vlli. i. alicui ꝑuato. i. extraneo. vis ne cuꝫ fortuna ponere calculū. i. cōputationē. nunc ipſa fortuna primū perſtrinxit te oculis liuentib⁹. i. inuidis. ſi cōſideres numerū ⁊ modum letorꝝ ⁊ triſtiū. i. ꝓſperitatis ⁊ aduerſitatis adhuc non potes te negare felicem.

Nota phia ꝑ hoc ꝙ dicit ꝑtereo ⁊ prius dicit taceo. vtitur quodā colore rhetorico qui dicitur occupatio. ⁊ diffinitur ſic a tullio. Occupatio eſt cuꝫ dicimus nos preterire aut neſcire aut nolle dicere illud qd tamen maxime dicimus. Nota ꝙ mos erat romanorꝝ ante. xxx. annos nulli cōferre aliquā dignitatem niſi ꝓpter ſingularem dignitatē vel ꝓbitatē. vel ꝓpter publice rei euidentē vtilitatem. hoc. autē in adoleſcētia ante. xxx. annos electus fuit in conſulem. ⁊ hoc phia vocat felicitatem cōmunem

in circo duoꝛum medius conſulum circunfuſe multitudinis expectatione triūphali largitione ſatiaſti. dediſti vt opinoꝛ verba foꝛtune dum te illa demulcet dum te vt ſuas delitias foueret. Mun⁹ quod nulli vnquam pꝛiuato cōmendauerat abſtuliſti. Vis ne ergo cum foꝛtuna calculum ponere. Nunc te pꝛimum liuienti oculo pꝛoſtrinxit. Si numerum modumqꝫ letoꝛum triſtium ve conſideres: adhuc te felicem negare non poſſis

non ꝙ cōmuniter omibus hoc cōcederetur. ſed quia non ſoluꝫ boe. ſed alijs paucis hoc accidit. Refert enī Tulli⁹ in libꝛo de amicitia. ꝙ ſcipio ante. xxx. annos bis fact⁹ eſt conſul. ſimiliter Germanicus iuuenis conſul factus eſt ante. xxx. annos. ſed ſingularem felicitatem boe. tangit dicens. Cum duos pariter conſules. Nota ꝙ ſecundum Iſidoꝝ in libꝛo ethimologiaꝝ curules erant ſedes in quibus magiſtratus ſedentes iura reddebant ⁊ dicūtur curules a curru. q̄ꝛ tali ſede vtebantur in curru iudices quo vehebantur: vt expeditius populo iudicia redderēt Nota ꝙ conſuetudo erat apđ romanos in electione conſulum habere ſermoneꝫ ad populuꝫ de laudibus regum ⁊ electorum in magiſtratum. ⁊ ſi bene p̄dicabat inde gloriam conſequebatur. huiuſmodi ſermonem fecit boetius in electione ſuorum filioꝛuꝫ in conſules et exinde ſua gloꝛia fuit geminata. ⁊ quia conſimilis ſermo conſueuit fieri in triūphis in laudem eoꝛum qui obtinuerant victoꝛiam ideo huiuſmodi ſermonem vocat triūphalem largitionem. Nota qui bonum aliquod pꝛomittit ⁊ non adimplet ille dat verba ⁊ non rem ⁊ ſic decipit. ergo dicit philoſophia dediſti foꝛtune verba id eſt deceptiones ꝓmittēdo ei aliqđ boni ꝙ ipſa te ita fouet. Nota ꝙ calculus in vna ſignificatione eſt paruus lapillus qui calcando non ledit. ⁊ quia talibus lapillis vtebātur antiqui in computando. ideo calculare vel calculum ponere ponitur pꝛo computare vel pꝛo rationem ponere. ergo dicit philoſophia. Vis ne cum foꝛtuna calculuꝫ ponere. quaſi diceret nō debes ſi computabis cum ea ipſa inueniet te multo feliciorem q̄ȝ miſerum. Quod ſi idcirco te foꝛtunam eſſe. Hic phīa excludit quandam obiectionem. poſſet aliquis dicere. hec pꝛedicta bona non faciunt me feliceꝫ. quia ſunt ꝑ tranſitoꝛia. hanc obiectionem excludit phīa dicens. Quod pꝛo ſed ſi non eſtimas te foꝛtunatuꝫ id eſt felicem quia illa abierunt que tunc videbantur leta. etiam nō debes te eſtimare miſerum. quia que nunc creduntur id eſt vidētur meſta pꝛetereunt. Nūquid tu veniſti pꝛimum in hanc ſcenam id eſt vmbꝛam vite ſubitus id eſt impꝛouiſus ⁊ hoſpes id eſt aduena tu ignoꝛes que gerantur in hac vita ne pꝛo nunquid reris id eſt opinaris vllam conſtantiam ineſſe humanis rebus cum ipſum hominem ſepe diſſoluat velox hoꝛa moꝛtis. nam ſi foꝛtuitis rebus eſt fides permanendi licet rara tamē vltimus dies vite eſt quedam moꝛs foꝛtune etiam manentis foꝛtune. quid igitur putas referre id eſt diſtare. ne id eſt an tu deſeras illam foꝛtunam moꝛiendo. an pꝛo vel illa te deſerat fugiendo. quaſi diceret nihil refert q̄ſtum ad inconſtantiaꝫ foꝛtune ſiue foꝛtuna hominē deſerat ſiue deſeratur manifeſtum eſt ꝙ ꝑmanere non poteſt.

Nota ꝙ in rebus hũmanis non eſt conſtnntia cuius ratio eſt. In iſto qđ eſt genitum nulla eſt conſtantia. quia nihil eſt genitum quod non ſit corruptibile ⁊ non permanens. ſed res humane ſunt genite ⁊ ꝓducte. ergo ⁊c. Notandũ ꝙ non eſt durabilis fortune ꝓſperitas q2 ipſa3 cito fugat aduerſitas. vnde Gaufredus in poetria Dibꝰ ne crede tuis ſi tẽpore ꝓuo. Illuxere tibi mox ſunt clauſura ſerenũ. Nubila facta diem inducentq3 crepuſcula nocte3. ꝓpter qđ non eſt adhibenda fides rebus fortuitis. Nota ꝙ phĩa tangit vnã rationē3 ꝙ fortuna non ſit cõſtans que talis eſt. homo non eſt cõſtãs. ergo nec fortuna. antecedens pat3 q2 hoīe3 ſepe diſſoluit velox hora mortis. cõſequẽtia ꝓbaẽ ex hoc q2 fortuna non habet eſſe niſi circa hoīem cum ſit in agentibus a ꝓpoſito. ſecũdo phiſicoꝝ. ergo dicit phĩa nihil differt quo ad incõſtantia3 fortune ſiue fortuna derelinquat hoīem fugiendo ſiue homo derelinquat ipſam moriẽdo quocũq3 modo fiat ſemper ipſa eſt inconſtans ⁊ non permanens.

Quod ſi idcirco te fortunatũ eſſe non eſtimas quoniã que tunc leta videbantur abierũt Non eſt quo te miſerum putaſ: quoniã que nũc meſta credũtur ꝑtereũt An tu in hãc vite ſcenã nũc primũ ſubitꝰ hoſpeſq3 veniſti. vllã ne hũanis rebꝰ ineſſe cõſtantiã reris. cu3 ſepe ipm hoiem velox hora diſſoluat. Nam ⁊ ſi rara eſt fortuitis manendi fides vltimꝰ tamen vite dies mors quedam fortune eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas Tu ne illam moriendo deſeras. An te illa fugiendo deſerat.

Metrum tertium ſecũdi libri.

Cum polo phebꝰ roſeis quadrigis. Luce3 ſpargere ceperit
Pallet albentes ebetata vultus
Flammis ſtella prementibus:
Cum nemus flatu zephiri tepentis
Vernis irrubuit roſis

Metrũ.iij.ſecũdi libri. Cum polo phebuſ roſeis quadrigis. Iſtud ẽ metrũ tercium huiꝰ ſecũdi cuius ꝑmus verſus dicitur ſaphicus ab inuẽtore trochaicus a pede ꝑdñante. metrũ autẽ ſecundi verſus dicitur gliconicũ ab inuentore. coriãbicũ a pede ꝑdñante. In hoc metro phĩa declarat tribus exẽplis mutabilitatem mũdanoꝝ. primũ exemplũ eſt de corꝑibꝰ celeſtibꝰ tale. Sole lucẽte in celo tũc obſcuraẽ lumẽ aliaꝝ ſtellaꝝ. Ecce mutatio ſtellaꝝ quo ad lumẽ qđ tamẽ prius appꝑebat tẽpore noctis. ſed ſole nobis lucente non appꝑet. vñ dicit in littera cũ phebꝰ. i. ſol cepit id eſt icepit ſpgere. i. emittere lucẽ roſeis quadrigis. i. roſco curru. ſtella ebetata. i. obſcurata flãmis. i. luminibꝰ ſolis premẽtibꝰ. ipſa pallet. i. pallida fit ſecũdũ albẽtes vultus. Secundũ exemplũ eſt in terre naſcẽtibꝰ tale. zepiro flante terra ornaẽ floribꝰ. ſed auſtro flante flores deficiũt. Ecce mutatio in terre naſcentibꝰ. vñ dicit in littera. cũ. i.

quando nemus irrubuit vernis id eſt vernalibus roſis flatu zephiri tepētis.i.calen- tis.ſi auſter nebuloſus ſpiret.i.flare inceperit inſanū.i.inſane iam decus roſaꝝ abeat ſpinis.i.recedat de ſpinis.Tertiū exemplū eſt de mari tale.Quādo mare non agitat̄ ventis appet tranqllū.ſed vētis agitatū efficit̄ tēpeſtuoſuz.ecce mutabilitas maris.vn̄ dicit in littera.Sepe mare radiat.i.ſplēdet tranqllo ſereno.i.ſerena tranqllitate imoꝫ i. non motis fluctib⁹ ſe- pe aquilo cōcitat.i.ꝓuo- cat furentes ꝓcellas.i. tēpeſtates verſo equoꝛe i.moto mari.Tunc hoꝛ- tatur phīa ne credam⁹bo nis foꝛtūe dicēs.Si mū- do conſtat.i.ꝑmanet ſua foꝛma rata vt ex dictis pz ⁊ ſi mūdus variat tantas vices.i. alternatōes.tūc crede caducis.i. tranſito riјs foꝛtunis hoim̄.i.no- li credere ⁊ loquit̄ ironi ce.debet em̄ intelligi per cōtrariū crede.i. noli cre dere bonis fugacibus

Spirat inſanuz nebuloſus auſter Jam ſpinis abeat decus. Sepe tranquillo ra diat ſereno Jmmotis mare fluctibus. Sepe feruētes aquillo pꝛocellas Ver ſo concitat equoꝛe. Rara ſi conſtat ſua mundo: Si tantas variat vices Crede foꝛtunis hominū caducis. Bonis crede fugacibus. Conſtat eterna poſitumqꝫ lege eſt Vt conſtat genitum nihil.

Pꝛoſa quarta libꝛi ſecundi.

ſcinuicem fuerit quedam collatio id eſt comparatio. infiniti vero ⁊ finiti nulla vnq̄ poteſt eſſe collatio id eſt comparatio. Ita fit vt fama temporis q̄ticunq; prolixi ſi cogitetur comparando cum inexhauſta id eſt infinita eternitate ipſa videatur non parua ſed plane nulla eſſe. Nota om̄e qđ incipit in tempore neceſſario habet fine; in tempore cum tempus ſit cauſa corruptionis temporalium. quarto ethicor. cum igiť fama ſit temporalis incipiens in tempore ipſa deſinet in tempore: ⁊ per cōſequēs non eſt perpetua. Nota q tempus q̄tumcunq; magnum comparatum ad eternitatem minimum reputatur ⁊ quaſi nullius momenti. licet enim finitorum ad ſcinuicem poſſit eſſe comparatio ⁊ inter ipſa poteſt eſſe ꝓportio: tamen finiti ad infinitum nulla poteſt eſſe comparatio. Cum igitur eternitas ſit duratio infinita tota ſimul exiſtēs ⁊ tempus q̄tumcunq; magnum ſit finitum tempus nullam habebit proportionem ad eternitatem ⁊ per conſequens fama q̄ticunq; prolixi temporis comparata ad eternitatē nulla videtur eſſe. Uos autem niſi ad populares

fuerit quedam. infiniti vero atq; finiti nulla vnquam poterit eſſe collatio. Ita fit vt quanticunq; prolixi temporis fama ſi cum inexhauſta eternitate cogitetur non parua ſed plane nulla eſſe videatur. Uos autem niſi ad populares aures inaneſq; rumores recte facere neſcitis: et relicta conſcientie virtutiſq; preſtantia de alienis premia ſermūculis poſtulaſti. Accipe in huiuſmodi arrogantie leuitate quam feſtine aliquis illuſerit. Nam cum quidam eſſet adorſus hominem cōtumeliis qui non ad vere virtutis vſum ſed ad ſuperbam gloriam falſum ſibi philoſophi nomen induerat: adieciſſetq; iam ſe ſciturum an ille philoſophus eſſet: ſiquidem illatas iniurias leuiter pacienterq; tolleraſſet. Ille

aures. Hic philoſophia oſtendit gloriam a viris virtuoſis non eſſe curandam. ⁊ hoc duabus rationibus. ſecunda ibi. Quod autē eſt. Prima ratio eſt illa. Illud quod ſpectat ad leuitatem arrogantie a ſapientibus non eſt curandū. ſed gloria propter quam homo recte facit propter laudes hominum illa ſpectat ad leuitatem arrogantie ⁊ eſt digna deriſione. ergo ⁊c. q autem talis arrogantia ſit quedam deriſio declarat in littera ⁊ dicit. Uos homines neſcitis recte facere niſi ad populares aures id eſt ad populorum complacentias ⁊ ad inanes rumores ⁊ laudes ⁊ vos poſtulaſtis id eſt deſideraſtis premia de ſermūculis alienis relicta id eſt poſtpoſita preſtantia id eſt dignitate veſtre conſcientie ⁊ virtutis propter quam deberetis recte operari. accipe id eſt conſidera q̄ feſtine id eſt glorioſe aliquis illuſerit id eſt deriſerit quendam dicentem ſe eſſe philoſophum in leuitate huiuſmodi arrogantie. Nam cum quidam tyrannus eſſet adorſus contumeliis id eſt incepiſſet alloqui contumelioſe quēdam hominē qui induerat id eſt vſurpauerat ſibi falſum nomen philoſophi non ad vſum vere virtutis ſed ad ſuperbam gloriam. ⁊ tyrannus adieciſſet id eſt dixiſſet ſe iam ſciturum an iſte

eſſet philoſophus ſiquidem illatas ſibi iniurias pacienter leuiterqꝫ tolleraſſet ille qui dixit ſe philoſophum pauliſper pacientiam aſſumpſit ſcꝫ in principio.⁊ accepta contumelia a tyranno velut ſibi inſultans inquit ad tyrannum.intelligis ne me eſſe philoſophuꝫ.tunc ille tyrannus mordaciter inquit.intellexeram te philoſophum ſi tacuiſſes. Nota ſecundum cōmentatorem in ꝓlogo.viij.phiſicoꝝ.verus philoſophus

pacientiam pauliſper aſſumpſit acceptaqꝫ contumelia velut inſultans iam tādeꝫ inquit.intelligis ne me eſſe philoſophum. Tum ille nimiuꝫ mordaciter intellexeram inquit ſi tacuiſſes. Quid autem eſt quod ad preccipuos viros.de his enim ſermo eſt qui virtute gloriaꝫ petunt.quid inquam eſt quod ad hos de fama poſt reſolutum morte ſuprema corpus attineat. Nam ſi quod noſtre rationes credi vetant toti moriuntur homines.nulla eſt omnino gloria cum is cuius ea eſſe dicitur non extet omnino. Sin vero bene ſibi mens conſcia terreno carcere reſoluta celum libera petit.nonne omne terrenum negocium ſpernet qui ſe celo fruens terrenis gaudet exemptam.

debet eſſe perfectus omnibus generibus virtutum.⁊ per conſequēs debet eſſe magnanim⁹.ſed ſecundū Senecam in li. de clemētia.magnanimi eſt iniurias ⁊ offenſiones ſupbi deſpicere ⁊ per cōſequens verbis cōtumelioſis ꝓuocari non debꝫ Item veri philoſophi eſt non vinci a paſſionib⁹ ſed potius debet moderare ⁊ refrenare paſſiones cū virtus conſiſtat in moderatione paſſionum.vnde Ariſtoteles.iiij.ethicoꝝ dicit. Māſuetus vult inperturbatus eſſe ⁊ nō duci a paſſione.vnde qdaꝫ phūs cōtumelioſe ſibi inſultanti dixit.tu didiciſti maledicere.ſed ego didici maledicta contēnere. Quid autē eſt qꝺ ad p̄cipuos viros. Hic phia ponit ſecundam rationem que talis eſt.Homines virtuoſi vel totaliter moriuntur corpore ⁊ anima.vel anima viuit poſt mortem.ſi totaliter moriūtur nihil ſpectat ad eos de gloria poſt mortem.ſi anima eorum viuit poſt mortem illa petit celum ſpernens omne terrenum negocium.⁊ ſic nihil ad eam de terrena gloria.ergo apud virtuoſoſ homines nulla debet eſſe cura de gloria.Dicit ergo in littera. Quid eſt qꝺ ad precipuos id eſt ad virtuoſos viros attineat de fama poſt reſolutuꝫ corpus extrema morte.quaſi di.nihil.de his enim viris eſt ſermo noſter qui petunt id eſt querunt gloriā virtute id eſt operibus virtuoſis.Nam ſi homines toti moriuntur corpore ⁊ anima vt quidā putant.qꝺ tamen noſtre rationes id eſt philoſophice rationes vetant id eſt prohibent credi.quia ſecundum philoſophiaꝫ anima intellectiua eſt immortalis.nulla eſt omnino gloria poſt mortem cum iſte omnino non extet id eſt non ſit cuius ea gloria eſſe dicitur.Sin vero mens bene cōſcia id ē illeſa.reſoluta id eſt liberata.terreno carcere id eſt a corpore poſt mortem libera petit celum:nonne ipſa anima que celo fruens gaudet ſe exemptam terrenis.ipſa ſpernit omne terrenum negociuꝫ et per

conſequens terrenam gloriam.q.d.ſic. Nota ꝙ ad virtuoſos nihil ſpectat de fama nec in pſenti vita nec in futura. non in pſenti.qꝛ dicit Seneca in ꝓuerbijs ꝙ plurimi curant famam pauci autē conſcientiā. ⁊ tales pauci curantes cōſcientiā ſunt virtuoſi ⁊ philoſophi.de quibus loquit̄ Bo.in fine tractatus de ſummo bono dicens.Pauci ſunt viri honorandi ſicut philoſophi qui cōtemnūt deſideriuꝫ ſenſus ⁊ ſequuntur deſiderium intellectus.

Metrum ſeptimum libri ſecundi.

Quicūqꝫ ſolā mente precipiti petit
Summumqꝫ credit gloriam:
Late patentes etheris cernat plagas:
Artumqꝫ terrarum ſitum:
Breuem replere valentis ambituꝫ non
Pudebit aucti nominis.
Quid o ſuperbi colla mortali iugo
Fruſtra leuare geſtiunt.
Licet remotos fama ꝑ populos means
Diffuſa linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus
Mors ſpernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter et celſum caput.Equatqꝫ ſummis infima.

Plurimi aūt ſunt qui curant famā ſicut ſunt vulgares qui relicta virtute cōſcientie ꝓpter laudes hoīm recte faciūt de quibus dicit ſcriptura.Amē dico vobis receperunt mercedē ſuam.Nec etiā fama ſpectat ad viros virtuoſos in futura vita qui virtuoſi ſi totaliter moriūtur nihil ad eos de fama Si autē anima viuit poſt mortem iſta euolat ad celum ⁊ nihil curat de fama.ſpernit oīe terrenuꝫ negociū ⁊ potius gaudet quia eſt exempta a curis terrenis ⁊ gaudio celeſti fruitur in eternum.

Metrū.vij. ſecundi libri Quicunqꝫ ſolā mente precipiti petit.Hic incipit metrū ſeptimū huius ſecundi qđ dicitur archiloicū ab inuentore.iambicū a pede predn̄ante.⁊ cōſtat ex primo verſu trimetro.ſecūdo dimetro.in quo metro phīa docet quođ gloria ſit contēnenda ex cōſiderationc amplitudinis celi ⁊ ſtrictitudinis terre dicēs.Quicūqꝫ petit.i.deſiderat pcipiti mente ſolā gloriā ⁊ credit iſtam eſſe ſummū id eſt precipuū inter appetenda.iſte cernat id eſt cōſideret plagas etheris id eſt ptes celi patentes.⁊ cernat artum ſitum terraꝝ id eſt ſtrictū ſpaciū terre in cōparatione ad celū.ille pudebit.i. verecundabitur aucti nomīs id eſt aucte fame ſue non valentis replere breuem ambitū id eſt paruū ſpacium terre.Et tunc exclamat dicens.O ꝓpter hoc miror quid id eſt propter quid ſuperbi geſtiunt id eſt cupiunt fruſtra leuare id eſt extollere colla ſua mortali iugo id eſt mortali fama.licet enī fama diffuſa meās id eſt tranſiens per remotos populos explicet ſe linguas id eſt per linguas populorum.et licet magna domꝰ tua id eſt nobilis parentela vel familia tua.fulgeat claris titulis id eſt laudibus.tamen mors ſpernit altā gloriā ⁊ mors pariter id eſt ſimul inuoluit humile caput id eſt miſerum hominem ⁊ celſum id eſt nobilem vel diuitem.⁊ mors equat infima ſummis nulli parcendo.quod declarat dicens. Ubi nunc manent oſſa fidelis fabricij. Quid brutus aut rigidus Catho.ſupple eſt.quaſi dicat.quid manet de gloria

coꝛum poſt moꝛtem. vtiqꝫ modicū ſcꝫ illud manet qđ tenuis fama id eſt exilis ſuperſtes id eſt manens ſignat inane nomen coꝝ pauculis litteris ſcriptis in epitaphijs coꝝ. ſed quid id eſt ad quid nouimus decoꝛa vocabula ſcripta nūquid intelligitur ꝑ ea ipſos eſſe conſumptos id eſt moꝛtuos. q. d. immo. iacetis ergo moꝛtui pꝛoꝛſus ignoꝛabiles. nec fama efficit vos notos. Et qꝛ aliquis diceret licꝫ ipſi ſint moꝛtui coꝛ

Ubi nunc fidelis oſſa Fabꝛicii manent
Quid brutus aut rigidus Catho
Signat ſupſtes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quid decoꝛa nouimus vocabula
Num ſcire conſumptos datur.
Iacetis ergo pꝛoꝛſus ignoꝛabiles
Nec fama notos efficit.
Quod ſi putatis longius vitam trahi
Moꝛtalis aura nominis
Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies
Iam vos ſecunda moꝛs manet.

Pꝛoſa octaua libꝛi ſecundi.

poꝛe tamen viuūt ſecundum famam. dicit phia. Si putatis vitam veſtraꝫ longius trahi id eſt ꝑlongari aura moꝛtalis nominis id eſt ſplendoꝛe moꝛtalis fame. cum ſera id ē vltima dies vobis hoc rapiet id eſt famā auferet. Iam vos manet id eſt expectat ſecunda moꝛs. q. diceret ſi eſtis pꝛius moꝛtui coꝛꝑe ⁊ fama manēs eſt vita veſtra illa ceſſante ſecundario moꝛiemini Nota fabꝛicius fuit cōſul romanus qui cuꝫ mitteretur pugnare contra pirrum regem epirotarū rex pꝛomiſit ſibi partem regni ſui vt tranſiret ad ipſum. quod fabꝛi. contempſit. Sequenti anno Pirrus obtulit ſibi magnam pecuniam auri vt traderet ſibi romanum imperium. cui ait fabꝛicius. Roma non vult aurū ſed vult imperare habentibus aurum. pꝛopter hoc ipſe dictus fuit fidelis Fabꝛicius. dicitur etiam de fabꝛi. ꝙ cum quidam ad eum veniſſet pꝛomittens ſe Pirrum regem occiſurum ſi fabꝛicius ſibi pecuniam aliquam dare vellet. Ipſe vero fabꝛicius hunc traditoꝛem ligatum miſit ad Pirrum pꝛo tali ſcelere puniendū. cui tunc pirrus dixit. Poſſibilius eſt ſolem a ſuo tramite deuiare qꝫ fabꝛicium a via recte rationis diſcedere. Nota ꝙ bꝛutus fuit pꝛimus conſul romanus qui amoꝛe libertatis ⁊ iuſticie pꝛopter ſtupꝛum Lucrecie plurima egit ⁊ multa bella pꝛo romanis inijt pꝛopter qđ etiam famoſus fuit. Nota ꝙ Catho dictus eſt rigidus ꝓpter rigoꝛē animi qui ad nihil turpe flecti potuit ⁊ tante iuſticie fuit vt lucanus ipſum dijs cōpararet in iudicanda cauſa que fuit inter iuliū ceſarem ⁊ pompeium dicens. Victrix cauſa dijs placuit ſed victa cathoni. ⁊ de hoc magis patebit quarto huius pꝛoſa ſexta.

Pꝛoſa octaua ſecundi libꝛi.

Sed ne me inexoꝛabile. Iſta eſt octaua ⁊ vltima pꝛoſa huius ſecundi. et quia phia oſtendit bona foꝛtune non multuꝫ eſſe appetenda aliquis putaret ꝙ in foꝛtuna nihil eſſet boni. ideo iam oſtēdit phia cuiuſmodi bonum ſit in foꝛtuna. ⁊ pꝛobat foꝛtunam aduerſam plus eſſe bonam qꝫ ꝓſperam. Et pꝛimo pꝛemittit ſuam intentionem. Secundo pꝛobat inten-

tum ibi.illa eñi. Primo dicit. O boeti ex dictis patet ꝙ fortuna eſt contemnenda ſed ne putes me gerere id eſt facere bellum inexorabile id eſt implacabile contra fortunã ſupple ſcias ꝙ aliquando eſt id eſt contingit ꝙ ipſa fortuna fallax nonnihil id eſt aliquid boni mereatur de hominibus eo ꝙ aliquod bonuꝫ euenit hoibus per eam. tuꝫ ſcꝫ cum fortuna ſe aperit manifeſtando ſuam falſitatẽ.cum detegit frontẽ ꝑ ſui aduerſitatẽ. cum ꝓfitetur mores ſuos per inſtabilitatẽ Et ſubdit phia nondum forte intelligis quid loquar. q2 mirũ eſt qđ ego geſtio id eſt cupio dicere.eoqꝫ .i. ideo vix queo explicare ſentẽtiã verbis Etenĩ ego reor id eſt opinor aduerſam fortunam plus ꝓdeſſe hoibus q̃ꝫ ꝓſperaꝫ. Nota quãdoqꝫ in aliquo dicto videtur eſſe repugnantia.illud videtur mirabile dictum.ſ. dicere fortunaꝫ aduerſaꝫ hoibus prodeſſe.videtur eſſe quedaꝫ repugnantia in dicto.nam eſſe aduerſum alicui ⁊ ſibi prodeſſe adinuicẽ repugnãt.ideo dicit phia. Miruꝫ eſt qđ geſtio dicere ſcꝫ fortunã aduerſam magis prodeſſe q̃ꝫ proſperam. Jlla eñi

Ed ne me inexorabile cõtra fortunam belluꝫ gerere putes.eſt aliquando cum de hoibus illa fallax nonnihil bene mereatur.tum ſcꝫ cum ſe aperit.cum frontem detegit moreſqꝫ profitetur. Nonduꝫ forte quid loquor intelligis. Mirum eſt quod dicere geſtio eo qꝫ ſentenciã verbis explicare vix queo Etenim plus reor hominibus aduerſam q̃ꝫ proſperam prodeſſe fortunam. Jlla enim ſemper ſpecie felicitatis cum videtur blanda mentitur. Hec ſemper vera cũ ſe inſtabilẽ mutatione demonſtrat Jlla fallit.hec inſtruit. Jlla mendatiuꝫ ſpecie bonorum mentes fruentiuꝫ ligat hec cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Jtaqꝫ illam videas ventoſam

ſemper ſpecie felicitatis. Hic philoſophia probat intentuꝫ ꝙ fortuna aduerſa melior ſit q̃ꝫ proſpera tribus rationibus.ſecunda ibi.poſtremo.tercia ibi.an hoc.primo dicit illa fortuna proſpera ſemper mentitur cum videtur id eſt apparet blanda ſpecie felicitatis id eſt proſperitatis.ſed hec id eſt fortuna aduerſa ſemper vera eſt cum demonſtrat ſe eſſe inſtabilem ſui mutatione.oſtendit eñi ſe eſſe talem qualis eſt.⁊ ita per eam non decipiuntur homines.ſed illa ſcilicet proſpera fortuna confidentes in ſe fallit. Hec autem fortuna aduerſa hominem inſtruit oſtendendo ꝙ non ſit confidendum proſpere fortune propter eius mutabilitatem. Jlla ſcꝫ proſpera fortuna ligat ſcilicet fallendo mentes fruentium hominũ ſpecie bonoꝝ mendacium.hec ſcꝫ aduerſa fortuna abſoluit id eſt liberat ſcꝫ mentes hominũ cognitione fragilis id eſt tranſitorie felicitatis. Et tunc recolligit effectus vtriuſqꝫ fortune dicens. Jtaqꝫ illam ſcꝫ proſperam fortunam vides ventoſam id eſt ſuperbam.fluentem id eſt ꝓdigam ⁊ ſuiipſius ignaram. Nam homines in proſperitate continua ſeipſos non cognoſcunt.hanc aduerſam fortunã tu vides ſobriam ⁊ ſuccintam id eſt humilẽ non ſuperbam ⁊ prudentem exercitatione aduerſitatis. Nota ꝙ ex iſta littera poſſunt formari tres rationes ꝙ

fortuna aduerſa melior ſit proſpera. Prima ratio eſt iſta. Bona fortuna in ſpecie vere felicitatis decipit habentem ipſam. ſed fortuna aduerſa non decipit ſed vera eſt oſtendens ſe eſſe talem qualis eſt. ergo aduerſa melior eſt q̃ꝫ proſpera. Secunda ratio eſt. proſpera fortuna ligat mentes hoĩm mendacibus bonis. ſed aduerſa liberat mentes a falſa felicitate. ergo eſt melior. Tertia ratio. proſpera fortuna reddit homines ſui ignaros. ſed aduerſa facit homines ſapientes. ergo melior eſt q̃ꝫ proſpera. Poſtremo felix a vero bono. hic philoſophia ponit ſecundam rationẽ que talis eſt. Queccunqꝫ fortuna trahit ad inquiſitionem veri boni illa melior eſt q̃ꝫ que trahit a vero bono. ſed fortuna aduerſa eſt huiuſmõi ergo ⁊c̃. vnde dicit in littera. Poſtremo felix id eſt ꝓſpera fortuna cũ ſuis blãdicijſ trahit deuios id eſt errantes a vero bono. ſꝫ aduerſa fortũa plerunqꝫ retrahit vnco id eſt tenaculo reducẽs ad vera bona. Nota ꝙ quia proſpera fortuna videtur eſſe propinqua felicitati eo ꝙ ſine bonis fortune nõ contingit eſſe felicem. ex de bona fortuna. ideo ſuis blandicijs trahit hoĩem ſenſualẽ a vero bono qđ conſiſtit in ſpeculatione dei. aduerſa autẽ fortuna quia oſtendit proſperam fortunam eſſe mutabilem ipſa reducit hoĩem ad verum bonum qđ eſt immutabile. An hoc inter minima eſtimandũ putas. Hic ph̃ia ponit vltimaꝫ rationeꝫ que talis eſt. Illa fortuna eſt melior per quam cognoſcuntur veri amici. ſed aduerſa fortuna eſt talis. igitur ⁊c̃. vnde dicit in littera. An ꝓ nũquid putas hoc eſſe eſtimandũ inter minima bona ꝙ hec aduerſa fortuna detexit id eſt monſtrauit tibi mentes id eſt corda fidelium amicorum. q. d. illud eſt bonum de maximis bonis. ⁊ hec ſupple proſpera fortuna ſecreuit id eſt diſtinxit tibi certos amicos ⁊ ambiguos vultus ſodaliuꝫ id ẽ amicoꝝ. quaſi di. aſpera fortuna docuit te diſcernere inter veros amicos ⁊ falſos quia ꝓſpera fortuna a te diſcedens abſtulit ſuos id eſt qui erant amici ratione proſperitatis. ⁊ reliquit tuos amicos qui te dilexerunt non ꝓpter tua. O quãti id eſt quãto precio tu emiſſes hoc integer id eſt in integritate fortune cõſtitutus cuꝫ videbaris tibi fortunatus ⁊ potuiſſes cognoſcere veros amicos. nũc deſine. i. ceſſa q̃rere opes id eſt diuicias amiſſas. q2 inueniſti veros amicos qui ſunt precioſiſſimũ genus diuiciaꝝ. Nota ꝙ in aduerſitate falſi amici fugiũt. ſed in tempore ꝓſperitatis manent.

fluentem ſuiqꝫ ſemper ignaram. Hanc ſobriam ſuccintamqꝫ et ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. Poſtremo felix a vero bono deuios blandiciis trahit aduerſa plerunqꝫ ad vera bona reducens velut vnco retrahit. An hoc inter minima eſtimandum putas ꝙ amicorum tibi fidelium mentes hec aſpera hec horribilis fortuna detexit. Hec tibi certos ſodalium vultus ambiguos ſecreuit. Diſcedens ſuos abſtulit: tuos reliquit. Quanti hoc integer et vt videbaris tibi fortunatus emiſſes. Deſine nũc amiſſas opes querere: quod precioſiſſimum diuitiarum genus eſt amicos inueniſti.

Unde Seneca in libro de remedijs. Quez tu felicez credis illuz multi cōcomitantur vt mel muſce ſequūtur. cadauera lupi. frumenta formice. predam iſta turba ſequitur non hoiem. Nota ꝙ aduerſa fortuna oſtendit fideles amicos. vnde Seneca. xx. epiſtola. Turba familiaris cuz a te paſci deſierit ipſa te non paſcet. ⁊ qđ tu beneficio tuo ſcire non poteras pauptate ſcies. illa veros amicos retinebit. diſcedit quicūqz nō te ſed aliđ ſequebaẗ. eſt autez ꝓpter hoc vnū amanda pauptas ꝙ a qb⁹ ameris oñdit. vñ paup henricus. Preualet hoc ſolo mala ſors ꝙ monſtrat amicos. qui boni qui mali mōſtrat vtranqz viā. Itē poeta. Tēpore felici nō cognoſcunẗ amici. Sorte patet miſera que ſit dilectio vera. Itē alibi. Cū fueris felix mľtos nūcrabis amicoſ. Tēpora ſi fuerit nubila ſol⁹ eris. Itez Thobiaſ. Fluctuat ad cēſum venalis amicus egēnū. ſed verū reſonet vt fabricatus amor. Nota ꝙ fidelis amicus eſt precioſiſſimū genus diuitiaꝝ. qr amicus. ix. ethico. eſt alter ego. i. amicoꝝ eſt idē velle ⁊ nolle. Nemo em̄ eligit viuere ſine amicis hñs reliq̄ bona. ⁊ Sen. ix. epľa. d. Sapiēs ⁊ ſi cōtentus ſit ſeipſo: tamē amicū habere vult ꝓpter nihil aliud niſi vt exerceat amicitiā ne tam magna virtus lateat. ⁊ Tulli⁹ i li. de officijs. d. Honores diuicie ⁊ dignitates nūq̄ ſunt amicitie anponēde.

Metrum octauum ſecundi libri.

Quod mundus ſtabili fide Concordes variat vices. Quod pugnātia ſemina Fedus perpetuuz tenēs Quod phebus roſeum diem Curru ꝓuehit aureo. Ut quas duxerit heſperus Phebe noctibus imperet. Ut fluctus auidum mare Certo fine coherceat Ne terris liceat vagis Latos tendere terminos. Hanc rerum ſeriem ligat: Terras ac pelagus regens: Et celo imperitans amor.

Metrum octauum ſecundi libri.

Quod mundus ſtabili fide. Hic incipit octauū ⁊ vltimū metrū huius ſecūdi qđ diciẗ gliconicū ab inuentore. amphymacrū a pede predñante. ⁊ eſt amphymacrus pes antiquoꝝ cōſtans ex prima ⁊ vltima longa ⁊ duab⁹ breuibus medijs. dictus ab amphy qđ eſt circū ⁊ macros longum quaſi habens circūquaqz longam ſillabā. In quo metro phia cōmendat amorem exquo dicit ꝙ amici ſunt precioſiſſimū genus diuiciaꝝ. ⁊ primo cōmendat amorem diuinū. Secundo oſtendit quomō humana natura amicitia cōſeruaẗ. ibi. hic ſanctos. Primo facit hoc qđ dictū eſt. Secundo oſtēdit ꝙ ablato diuino amore oīa corrūpunẗ. ibi. hic ſi frena primo dicit. Amor diuin⁹ regēs terras ac pelagus ⁊ impitans. i. frequēter imperans celo. ille amor ligat hanc ſeriem. i. cōcordiā rerum ꝙ mundus ſtabili fide variat concordes vices. i. alternationes temporꝝ anni noctis ⁊ diei. ⁊ ꝙ ſemina pugnātia. i. elementa cōtraria. tenens perpetuū fedus. id eſt concordiaz ne vnum aliud totaliter corrumpat qđ phebus. i. ſol curru aureo prouehit. i. producit roſeum diem id eſt claruz diem. idem amor facit vt phebe id eſt luna imperet. i. preſit noctibus quas noctes heſperus id eſt ſtella veſpertina duxerit id eſt adducit. ⁊ vt auidum mare ad exeunduz coherceat fluctus ſuos certo fine id eſt determinato fine. ne liceat ſibi tendere id eſt

extendere latos terminos vagis terrenis id eſt amplis terris. ſupple totaliter coope riendo terram. Nota q tullius loquēs de amicitia di. amicitia eſt virtus mouens ſupiora ad ptectionē inferioꝝ ⁊ inferiora ad ſubiectionē ſupioꝝ. amicitia em̄ ſublata oīs in vita tollitur iocunditas. Nota q elemēta appellat ſemia qꝛ ex ipſis tanq̄ ex ſeminibꝰ elemēta pducunt. ſicut em̄ ſemen eſt principiū fructus. ſic elementa principia corpoꝝ mixtoꝝ. ⁊ dicit elementa pugnantia p pter ipſoꝝ contrarietatē. nam aliqua ſunt calida. aliqua frigida. quedā humida. quedā ſicca. hec elementa diuino amore ordinante tenent pprium ſedus. qꝛ grauitas inferiorum non aufert leuitatem ſuperioꝝ nec ecōuerſo ⁊ ſimul totaliter ſe non corrūpunt. Hic ſi frena remiſerit. hic oſtendit q amore diuino ſubtracto oīa corrūpuntur dicens. Si

Hic ſi frena remiſerit. Quicquid nunc amat inuicem. Bellum continuo geri. Et quam nunc ſocia fide Pulchris motibus incitant: Certant ſoluere machinam. Hic ſanctos populos quoq; Iunctos federe continet. Hic et coniugii ſacrum Caſtis nectit amoribus. Hic fidis etiam ſua Dictat iura ſodalibus. O felix hominum genus: Si veſtros animos amor Quo celum regitur regat.

hic amor diuinus remiſerit frena. i. legem gubernandi res quicquid nunc amat inuicem. i. concordat illud continuo gerat bellum. ⁊ ipſa elementa certant. i. litigant ſoluere. i. deſtruere machinā ſcz mundanā quā nūc ſocia fide. i. cōcordi federe. incitant pulchris motibus. i. faciunt ordinate mouere. Nota q ſublato amore ⁊ concordia oīa diſſoluūtur. vnde Alanus in anticlaudiano loquens in pſona amoris ⁊ concordie di. Si mea iura meas leges mea federa mundus. Olim ſeruaſſet vel adhuc ſeruaret amoris. Vincula non tangis gemeret ſub cladibus orbis. Hic ſanctos ppl'os q; Hic oſtendit phia quomō p amorē cōſeruat ⁊ cōciliat amicitia humana di. hic amor continet. i. cōſeruat ſanctos. i. virtuoſos ⁊ populos iunctos federe ſcz amicitie. ⁊ hic amor nectit ſacrum. i. ſacramentū cōiugij caſtis amoribꝰ viri ⁊ vxoris. ⁊ hic amor dictat iura ſua. i. imponit legē amicitie fidis ſodalibus. ⁊ qꝛ iſta pueniunt ab amore diuino tanq̄ a ſuo proprio. ideo ſubiungit. O felix genus hoīm ſupple dico ſi amor. ſ. diuinus quo celum regitur regat aīos veſtros ſupple cauſando in eis amicitie cōcordiam. Nota q amor dictat iura fidis ſodalibus. iura autē amicoꝝ ⁊ ſodaliū innuit Seneca. iij. epl'a di. Diu cogita an aliquis in amicū ſit tibi recipiendus. ſed cum placuerit fieri toto illum pectore admitte. tam audacter cum illo loquere q̄ tecum. Tu quidē ita viue vt nihil tibi cōmittas niſi qđ etiam amico tuo cōmittere poſſis. cū amico tuo oēs curas: oēs cogitationes miſce ſi fidelē putaueris. Sunt em̄ quidam qui que amicis ſunt tantū cōmittenda oībus narrāt. quidā cariſſimoꝝ cōſcientiā reformidant nulli crediturī: neutrū faciendū eſt. vtrūq; em̄ viciū eſt ⁊ oībus credere ⁊ nulli.

Nota circa pdicta q amicitia pprie dicta tantum inuenit in rebus rationabilibus. et vt ſic amicitia eſt par voluntas bonoꝝ inter aliquos. ſed large accipiendo amicitiā ſic etiam eſt in irrationalibꝰ. ⁊ vt ſic amicitia eſt concordia diuerſaꝝ rerū adinuicem.

Explicit liber ſecundus.

Iam cantum illa finierat. Iſte eſt tertius liber Bo. de conſolatione phie. et continuatur ad libros precedentes in hunc modum. Poſtquã phia in primo libro ſcrutata ẽ cauſas doloris Boe. ⁊ in ſecundo libro adhibuit ſibi remedia facilia. in preſenti libro et in ſequentibus philoſophia adhibebit Bo. remedia grauiora. Sũt autẽ remedia grauiora rationes contra communẽ opinionem hominum ꝓbantes ꝙ in bonis exterioribus non conſiſtit vera felicitas oſtendendo ĩ quo ſita ſit vera felicitas ⁊ quomõ ad ipſã perueniatur. et diuiditur iſte liber in .xxiiij. partes quia huius libri ſunt .xij. proſe et .xij. metra. que partes patebũt in proceſſu libri quid autem ⁊ de quo determinetur in qualibet iſtarum partium ſimiliter patebit. Prima proſa

Libri tertij proſa prima.

Iam cantum illa finierat cuꝫ me audiendi auidum ſtupentemqꝫ arrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. itaqꝫ pauloaꝑoſt o inquam ſummum laſſorum ſolamen animorum quantum me vel ſententiarum pondere vel canendi etiam iocunditate refouiſti: adeo vt me iam poſthac imparem fortune ictibus non arbitrer.

huius tertij diuiditur in tres partes. primo oſtendit Bo. quomodo poſt predicta allocutus fuerit philoſophiã. ſecundo ponit reſponſionem philoſophie. tertio Bo. dirigit quandam petitionem ad ipſam. ſecunda ibi. tum illa. tertia ibi. tum ego. Dicit primo. iam illa philoſophia finierat cantum. i. metrum quod erat de commendatione amoris diuini et amicitie. et cum ego boetius eſſem allectus dulcedine metri ad audiendum cum auiditate et admiratione verba philoſophie auribus arrectis ego dixi. o philoſophia que es ſummũ ſolamen animorum laſſorum quantum me refocilliaſti tuis proſis et metris intantũ ꝙ iam bene poſſuꝫ reſiſtere ĩſultib⁹ fortune ⁊ id dicit. remedia q̄ ꝓus dixiſti eſſe grauia nõ timeo. ſꝫ ea audire diligẽter expecto. No. ꝙ bo. metrũ vocat cãtũ. ſicut enĩ in cantu eſt eleuatio ⁊ depreſſio vocis. ſic ſimiliter in metro ratione q̃titatis correpte et ꝓducte ſillabaꝝ attenditur quedam eleuatio ⁊ depreſſio. quia rõne quãtitatiſ ꝓducte fit eleuatio: rõne quãtitatis correpte fit depreſſio Item quia metrũ ẽ ſubtilius ⁊ delectabilius ꝓſa ideo aĩm demulcet. vñ autor poetrie metrum comparat domicelle dicẽs. Vultqꝫ venire metrũ tãq̃ȝ domicella cõpto crine. nitente gena. ſubtili corpore. forma egregia. Ideo dicit Boe. mulcẽdo carminis. i. metri. Itẽ homo debet eſſe auidus et ſtupens circa phiam. Auidus iq̃ȝ. qr dicit ſeneca. xvij. epl'a. proijce oĩa iſta ſi ſapis ĩmo vt ſapias ⁊ ad phiaꝫ magno curſu totis qꝫ virib⁹ tẽde. etiã hõ debet eſſe ſtupẽs. i. admirãs de phia. quia ipſa eſt res mirabilis ⁊ diuina ſcdꝫ Ariſtotelem in principio libri ſui de mundo. et phia confert mirabiles delectatões. x. ethicoꝝ. Item animi laſſi ſũt graui cura vel aduerſitate aliq̃ oppreſſi. horũ phia ẽ ſummũ ſolamẽ. qr ipſa pſuadet magnanimitatẽ q̃ cõtra aduerſitates fortune hõ cõſtãter debet militare. Itẽ ꝑ phiaꝫ hõ bene põt reſiſtere ictib⁹ fortũe. qr ꝓmo ethicorũ dicit Ariſtoteles. Sapiẽs bñ ſcit ferre fortunas ⁊ habet ſe ſine vituꝑio ſicut

tetragonũ. vnde dicit in littera. Jam illa ſupple phĩa finſerat cantum. i. metrum de amore diuino ⁊ cum mulcedo. i. ſuauitas carminis. defixerat id eſt ſtabilierat me auiduʒ id eſt cupidũ audiẽdi ⁊ ſtupẽtẽ. i. admirantẽ ſupple verba phĩe auribus meis arrectis id eſt eleuatis ad hec ſcʒ verba. itaqʒ paulopoſt ego inq̃. i. dixi. O ſummum ſolamen laſſorum animorum ſupple per aduerſitatem quantum me refouiſti pondere ſententiarum ſupple proſe vel etiam iocunditate canendi id eſt metri. adeo id ẽ intantũ. vt iam poſthac non arbitror me eſſe imparem id eſt diſſimilem i reſiſtendo ictibus. id eſt i ſultibus fortune. Itaqʒ remedia illa que pauloãte dicebas eſſe acriora. id eſt grauia. nonmodo id eſt non tantum non perhorreſco. id eſt nõ timeo ſed ego auidus audiẽdi ſupple ea vehementer efflagito. id eſt expoſtulo. Ubi ſciendum ꝙ ſecundum Huguitionen efflagitare eſt valde flagitare. ex

Itaqʒ remedia que pauloante acriora eſſe dicebas nõmodo nõ perhorreſco ſʒ audiendi auidus vehemẽter efflagito. Philo. Tum illa ſenſi iquit cũ verba noſtra tacitus attentuſqʒ rapiebas. cũqʒ tue mentis habitũ vel expectaui vel quod eſt verius ipſa perfeci. talia ſunt quippe que reſtant vt deguſtata quidẽ mordeant: interius autem recepta dulceſcant. Sed ꝙ tu te audiendi auiduʒ dicis: quanto ardore flagrares. Si quonam te ducere aggrediamur ag-

poſtulare. petere. cum clamore poſcere. Tum illa ſenſi inquit. hic ponit reſponſionẽ philoſophie dicens. Ego bene ſenſi illud cum tu tacitus et attentus recepiſti verba noſtra. ⁊ cum ego perfeci mentem tuã. talia enĩ ſunt remedia que adhuc reſtãt vt ipſa deguſtata primo ſint amara ſed poſtea dulceſcant. ſed quia tu dicis te eſſe cupidum audiendi verba noſtra O quanto deſiderio arderes ſi cognoſceres quo laboramus te ducere. et dicit boe. Quo vis me ducere. Reſpondit philoſophia ad cognitionẽ vere felicitatis quam animus tuus quaſi ſõniando adhuc vix cognoſcit. quia eſt occupatus ymaginibus falſe felicitatis. Nota ꝙ Bo. tacitus verba philoſophie rapiebat cõſilio Senece dicẽtis. Eſto verborum tacitus auditor: auditorum promptus repetitor. Nota ꝙ precepta philoſophicalia p̃mo ſunt amara poſtea dulceſcunt ſecundum illud poete. Diſcere fit caruʒ quãuis primo ſit amarum. Et Euſtratius primo ethicorum dicit Sciunt docti quoniam laborioſa eſt poſſeſſio virtutum ſed propter eius amaritudinem philoſophia nõ eſt abijciẽda. quia non eſt dignus dulcoris acumine qui amaritudinis nequit inuiſcari grauamine ſecundum Boetium in de diſciplina ſcolarium. Nota ſicut ſõnians putat fantaſmata ſibi occurrentia eſſe veras res de quibus ſomniat ⁊ tamen nõ ſunt ipſe res. ſic Bo. in iſtis temporalibus putauit eſſe veram felicitatem que tamen non eſt. ſed tantum ſunt quedam ſimilitudines vere felicitatis. ſicut fantaſmata ſomniorum ſunt ſimilitudines rerum. Nota ꝙ bona exteriora vocat ymagines vere felicitatis. ſicut enĩ ymago eſt rei ymitago et non eſt ipſa res. ſic bona exteriora videnẽ exprimere formaʒ vere felicitatis. ſʒ vera felicitas

non eſt in ipſis. vnde dicit in littera. Tuꝫ pro tunc illa ſupple phia inquit. ego ſenſi. i. noui ſupple intentionẽ tuam cũ tu tacitus ⁊ attentus rapiebas verba noſtra. qꝫ pro et cũ ego expectaui. alia littera habꝫ expetiui id eſt reuocaui habitũ tue mentis. vel qđ eſt verius dicere. cum ego ipſa habitũ tue mentis perfeci quippe mirũ talia ſunt ſupple remedia que reſtant ſupple ſumenda. vt ipſa quidẽ deguſtata primo mordeant id eſt diſpliceant. interius aũt recepta dulceſcant. ſed qđ tu dicis te cupidũ audiẽdi ſupple illa remedia. O q̄to ardore. i. deſiderio flagrares. i. arderes ſi agnoſceres ſ quonã. i. ad quẽ locũ aggrediamur. i. incipimus te ducere. ego boetius inq̄. i. dixi quonaꝫ ſupple vis me ducere. inquit ſupple phia ad verã felicitatẽ quã tuus anim⁹ ſomniat. i. imperfecte cognoſcit. ſed viſu. i. cognitione occupato ad ymagines. i. ad bona temporalia que ſunt ymagines et ſimilitudines vere felicitatis. tu non potes intueri id eſt inſpicere ipſaꝫ ſupple veram felicitatẽ. Tuꝫ

noſceres. B. Quonam inquam. P. Ad veram inquit felicitatem quam tuus quoqꝫ ſomniat animus: ſed occupatio ad ymagines viſu ipſam illam non poteſt intueri. Boe. Tum ego fac obſecro et que ſit illa vera ſine cunctatione demonſtra. Phia. Faciam inquit illa tui cauſa libenter. ſed que tibi cauſa notior eſt eaꝫ prius deſignare verbis atqꝫ informare conabor vt ea perſpecta cum in contrariam partem deflexeris oculos vere ſpecimẽ beatitudinis poſſis agnoſcere.

Metrum primum libri tertii.

ego fac obſecro. Hic boe. dirigit petitioneꝫ phie ⁊ ponit cõſenſuꝫ ſue petitiõis dicẽs O phia rogo vt ſine dilatione demõſtres mihi que ſit vera felicitas. et philoſophia conſentiens dicit libenter faciam tui cauſa. ſed prius ego oſtendam tibi falſam felicitatem tibi notiorem vt illa cognita per contrarium poſſis poſtea agnoſcere veram felicitatem. Nota circa hoc qđ dicit faciam tui cauſa libenter. ꝙ philoſophia petitiones hominũ admittit. vnde Seneca. Nulli preccluſa eſt virtus ſapientie. omnibus patet. omĩs inuitat. omnes admittit. non eligit domũ neqꝫ cenſum ſed nudo homine cõtenta eſt. Nota innata eſt nobis via ꝓcedẽdi ex nobis magis notis ad minus nota. primo ethicorum ⁊ ſecundo de anima. Cum igitur bona exteriora ſint nobis magis nota in quibus aliqui poſuerunt conſiſtere felicitatẽ q̄ꝫ bona interiora. ideo philoſophia primo vult determinare de falſa felicitate nobis magis nota que ponitur in bonis exterioribus ipſam extirpando vt per eam cognoſcamus veram felicitatem tanq̄ꝫ per contrarium. Nota ꝙ Seneca in de virtutibus cardinalibus dicit. Scire debes ꝙ quedam non videntur eſſe bona ⁊ ſunt. quedam videntur eſſe bona ⁊ non ſunt. quecunqꝫ autem ex rebus tranſitorijs poſſides non hec magna exiſtimes. non mireris quod caducum eſt. Ex quo patet ꝙ vera felicitas non conſiſtit in bonis exterioribus que videntur eſſe vera bona ⁊ tamen non ſunt. Unde dicit

in lr̄a. Tum pro tunc ego ſupple Boetī. dixi o phīa obſecro.i. peto fac.i. duc me ad illā felicitatē ⁊ demōſtra mihi ſine cūctatione.i. ſine mora que ſit illa v̄a ſupple felicitas. Jlla phīa inqt faciā libenter tui cā. ꝫ ego p̄us conabor.i. laborabo tibi deſignare v̄bis atqꝫ ꝑ ⁊ informare q̄ cauſa.i. q̄ felicitas hn̄s rōnem cauſe finalis ſit tibi notior.i. manifeſtior vt ea ſupple falſa felicitate perſpecta.i. cognita poſſis agnoſcere ſpecimen.i. ſimilitudinem vere beatitudinis deflexis oculis ſupple cognitionis in ꝯtrariam partē falſe felicitatis.

Qui ſerere ingenuū volet agrum
Liberat arua prius fructicibus.
Falce rubos filicemqꝫ reſecat
Vt noua fruge grauis ceres eat.
Dulcior eſt apium mage labor
Si malus ora prius ſapor edat.
Gratius aſtra nitent vbi nothus
Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer vt tenebras pepulerit:
Pulchra dies roſeos agit equos.
Tu quoqꝫ falſa intuens bona prius

Metrū p̄mū tertij libri

Qui ſerer̄ ingenuum volet agrum

Jſtud eſt primum metrū huius tertij quod dicitur metrū choriſtū ab inuētore. dactilū a pede p̄dn̄ante ⁊ prim⁹ verſus huius metri ē ypcatalectic⁹. qꝛ poſt primum pedē abundat vna ſillaba ſcilicet re in hac dictiōe ſerere. Et quia philoſophia predixit ꝙ prius eſſet oſtendendū que ſit falſa felicitas. ⁊ poſtea que ſit vera. ideo phīa in hoc metro cōmendat hunc ordinem ꝑ exempla q̄ttuor. Primum eſt qcūqꝫ vult ſeminare bonum agrum oportet pri⁹ extirpare nociuas herbas vt ager bn̄ fructificet ſimiliter aliquis volens cognoſcere veram felicitatē oportet prius extirpare falſam vn̄ dicit in lr̄a. Qui volet ſerere agrū ingenuū.i. nobilem p̄us liberat arua.i. agros fructicib⁹.i. radicib⁹ q̄ impediunt ne ſemen creſcat ⁊ ille reſecat.i. preſcindit filicem i. herbā inutilē falce.i. falcaſtro vt noua ceres eat.i. ꝓficiat grauis.i. onuſta fruge. Scd̄m exēplum eſt ſicut p̄guſtādo aliqd̄ amarū mel apparet dulcius: ſic ꝓpt̄ cognitionem falſe felicitatis magis cognoſcit̄ vera felicitas. vn̄ di. in lr̄a. Labor apiū eſt mage dulcior.i. magis dulce. ſi malus ſapor p̄us edat.i. inficiat ora. Tertium exemplū eſt ſic̄ p⁹ tp̄s nebuloſū gratior ē ſerenitas: ſic poſt cognitionē falſe felicitatis gratior ē cognitio vere felicitatis. vn̄ di. in lr̄a. Vbi ꝑ poſtq̄ʒ noth⁹.i. vent⁹ auſtralis deſinit.i. ceſſat dare imbriferos ſonos.i. flat⁹ ꝓducentes imbres. tūc aſtra nitent gratius.i. d̄lectabilius. Quartū exemplū eſt ſic̄ pulchra dies ſeqtur tenebras noctis ſic cognitio vere felicitatis ſeqtur cognitionē falſe felicitatis. vn̄ di. in lr̄a. vt.i. poſtq̄ʒ lucifer.i. ſtella matutina pepulerit.i. ligauerit tenebras noctis: tūc pulchra dies agit.i. ducit roſeos equos ſolis. tunc applicat exēpla ad ꝓpoſitū di. Tu p̄us debes ꝯſiderar̄ falſa bona ⁊ ipſis extirpatis debes cognoſcere v̄a bona in qbus ꝯſiſtit felicitas. vn̄ di. in lr̄a. Tu q̄ꝫ p̄us intuens.i. reſpiciens falſa bona. incipe retrahere colla iugo .i. a iugo falſe felicitatis. dehinc.i. poſtea vera bona ſubierint.i. ſubintrabūt aīum tuū Nota ꝙ ſicut p̄us extirpāda ſunt vicia ⁊ poſtea inſerēde virtutes. ſic ager p̄us eſt purgād⁹ ⁊ poſtea ſeminād⁹. vn̄ thobias. Spinis ⁊ tribul' purgare noualia debent. Agris vt ſemē fructificare queat. Nō ꝙ fructex ſcd̄m huguitionē ē denſitas virgularū

vel arbor ver ſpinarum vel ſm alios frutex eſt arbor pua que terrã fronde tegit. Nõ qꝫ filix eſt inutilis herba hñs folia ad modũ filoꝝ de qua di. pſius. Nõ tñ iſta filix vllo manſueſcit in agro. Nota qꝫ poſt amaritudinem dulcedo ẽ gratior ⁊ ſenſibilior. vñ poe. Dulcia non meruit q non guſtauit amara. Naqꝫ per oppoſitũ noſcit eẽ bonum. Hec pauper henric⁹. Nota qꝫ bo. hic dicit apium ꝓ apum in genitiuo plurali qð eſt contra Alexandrũ qui di. Um dat apis ⁊c. ⁊ qꝫ hic dicat apium ⁊ non apum pꝫ per metrũ quod ſemꝑ conſtat ex tribus dactilis ꝯtinuis: ſi aũt poneretur apum non eẽnt tres dactili ꝯtinui. poſſet tñ dici qꝫ cauſa metri ponit apiuꝫ pro apum.

Incipe colla iugo retrahere.
Uera dehinc animum ſubierint.

Proſa ſecunda libri tertij.

Um defixo paululum viſu ⁊ velut in anguſtã ſue mẽtis ſedẽ recepta ſic cepit. P. Oĩs mortalium cura quã multipliciũ ſtudioꝝ laboꝝ exercꝫ diuerſo quidẽ calle ꝓcedit ſed ad vnuꝫ tamen beatitudinis fineꝫ nititur peruenire. Id autem eſt bonuꝫ quo quis adepto nihil vlterius deſiderare queat. Qð quidem eſt omniuꝫ ſummũ bonorum cũctaqꝫ intra ſe continens bona.

Proſa ſcða tertij li. Um defixo paululũ viſu. Hec eſt ſ[cð]a proſa huius tertij in qua phia ponit diuerſas opiniones circa falſaꝫ felicitatem. ⁊ primo Boe. oſtendit quomodo ſe habuit phia p⁹ pdicta. ſcðo phia oſtendit qꝫ omnes homines nituntur pueni re ad beatitudinẽ quã ipſa diffinit. tertio oñdit qꝫ hoĩes ſepe abducunt a vera felicitate diuerſis erroribus. q̃rto ponit errores ſiue opiniones circa felicitateꝫ. ſcða ibi Oĩs mortalium. tertia ibi. hunc vti. q̃rta ibi. quoꝝ gdem. d. pmo. Poſtq̃ꝫ phia pmiſit ordinẽ ꝓcedendi de falſa felicitate ad verã: tũ ꝓ tunc ipſa paululũ defixo viſu. i. inclinatis oculis ⁊ recepta velut in anguſtã. i. nobilem ſedẽ ſue mentis ſic cepit. i. incepit log. Nõ qꝫ capitis inclinatio eſt ſignũ ſubtilis imaginatõis. ꝓpter qð ſubtiliter ⁊ ꝓfunde imaginantes caput inclinãt. ⁊ qñqꝫ nõ vidẽt dclata corã ocul'. iõ. p. volẽs ſubtiliter ſpeculari de felicitate cui⁹ ſpeculatio difficilis eſt ipſa iclinato viſu ꝯrit ſe ĩ nobilẽ ſpeculationẽ ſue mẽtiſ. Oĩs mortaliũ cura. Hic. p. oñdit qꝫ oẽs hoĩes nitũt puenire ad vnũ finem beatitudis quã beatitudinẽ ipſa ẽt diffinit ⁊ di. ſic. Oĩs cura i. ſolicitudo mortaliũ. i. hoĩm quam curã exercet labor multipliciũ ſtudioꝝ: qꝛ aliq ſtudẽt in lr̃atura aliq ĩ mercãtia ⁊ ſic de alijs. illa cura ꝓcedit diuerſo calle. i. diuerſo mõ viuendi: ꝫ tñ nitiẽ puenire ad vnũ finẽ btitudis. Illud aũt ad qð hoĩes nituntur puenire ẽ tale bonũ q̃ qs adepto nihil vlteri⁹ q̃at deſiderare. qð. ſ. bonũ eſt ſummũ oĩm bonoꝝ ꝯtinẽs in ſe cũcta bona cui. ſ. bono ſi qd. i. aliqd abforet. i. decẽt: nõ poſſet eẽ ſſmũ bonũ. qꝛ relinq̃ret aliqd extrinſec⁹. i. ex illud bonũ qð poſſet optari. Ex qb⁹ dictis. p. ꝯcludit diffinitõem btitudis di. Liq̃t. i. manifeſtũ ẽ btitudinẽ eẽ ſtatũ pfectũ ꝯgregatõe oĩm bonoꝝ. Nõ cognitio vltimi finis magnũ icremẽtũ ꝯfert ad

vltam pmo ethicoꝝ.q2 fm exigentiã finis cetera moderant̃ fm Linconienſez pmo poſterioꝝ.iõ phia tradit nob cognitionẽ vltimi finis.ſ.beatitudis. Nõ finis eſt magis eligentibus his que ſunt ꝑpter finem.vt pꝫ p Ariſto.iij. thopico. Item ibidem cuius finis eſt bon⁹ ipm qꝫ bonum. Item oia denoĩanda ſunt a fine. Unde poeta. Si finis bonus eſt totum laudabile tunc eſt. Nota finis in agibilibus hꝫ ſe ſicut principium in ſpeculabilibus.ſicut ergo intellect⁹ noſter naturaliter adheret primis principijs. ſic appetit⁹ noſter naturaliter adheret vltimo fini q eſt ſummum bonum. Nota ꝙ duplex eſt finis ſcilicet finis quo ⁊ finis gratia cuius omnia fiunt. Ille eſt eni vnus ſicut deus vel beatitudo.⁊ iſte finis appetit̃ ab omnibus ſub vna ratione inquãtũ bonum ſatiat appetitum hominis finis añt quo eſt operatio qua homines nituntur adipiſci finem gratia cuius ⁊ talis finis non eſt vnus ſicut non eſt vna operatio oĩum.iõ dicit ph.ꝙ cura hoĩm procedit diuerſo calle ad conſequendum vltimum finez. Nota illud ad quod omnes homines nituntur peruenire eſt bonum:quia bonum eſt qđ omnia appetunt.i. ethicoꝝ. Nota quia beatitudo habet rationem vltimi finis ipſa eſt tale bonuꝫ quo adepto nihil vlterius conſideratur.nam de ratione finis eſt eſſe vltimum ⁊ vltra illud quod eſt vltimum nihil eſt. ergo etiam opoꝛtet illud eſſe ſummum bonum:quia illud quo adepto nihil vlterius deſideratur eſt ſummum bonũ.tale autem eſt beatitudo. Nota quia beatitudo eſt bonum optimum pulcherrimuꝫ ⁊ delectabiliſſimũ ideo beatitudo eſt ſtatus perfectus ꝯgregatione oĩum bonoꝛuꝫ continens in ſe oĩa bona.ſi eni aliquod bonum ſibi deficeret non eſſet ſummum bonum. Hunc vti diximus. In iſta pte oñdit philoſophia ꝙ homines a vera felicitate diuerſis erroꝛib⁹ abducuntur dicens. Hunc ſcilicet ſtatum beatitudinis omnes moꝛtales ſicut diximus conantur adipiſci diuerſo tramite id eſt diuerſa via:quia cupiditas id ẽ appetitus veri boni naturaliter eſt inſerta mentibus hominum.ſed beatitudo eſt verum bonum:quia ſummum bonum.ſed deuius erroꝛ adducit homines ad falſa bona.

Cui ſi quid abfoꝛet ſummum bonũ eẽ non poſſet:quoniam relinqueret̃ extrinſecus quod poſſet optari. Liquet igit̃ eſſe beatitudinem ſtatum bonoꝝ omnium aggregatione perfectũ. Hunc vti diximꝰ diuerſo tramite moꝛtales oẽſ conantur adipiſci. Eſt eni mẽtibus hoĩꝫ veri boni naturaliter inſerta cupiditas ſed ad falſa deuius erroꝛ adducit.

Nota ꝙ beatitudo aggregat in ſe omnia bona:ideo eius cupiditas naturaliter eſt hominibus inſerta. Ubi tamen ſciendũ ꝙ beatitudinem continere oĩa bona poteſt intelligi dupliciter. Uno modo foꝛmaliter ſic non continet omnia bona:quia felicitas foꝛmaliter ⁊ eſſentialiter poteſt eſſe ſine bonis exterioꝛibus vt ſine diuitijs ⁊ ceteris bonis. Alio mõ intelligitur ꝯtinere ea virtualiter ita ꝙ beatitudo excellat oĩa bona ⁊ ſic eſt vera. Nota ꝙ phĩa hic vtitur quadam figura que dicitur epyteon dicendo deuius erroꝛ.nullus enim erroꝛ eſt qui non ſit deuius.vnde poeta. Fiet epyteon ſi dicas triſtia bella. Nota cum mens humana naturaliter deſideret verũ bonum nunq̃ tendit in falſum bonum:niſi inquantum ipſum eſtimatur eſſe verum bonum.talis autem eſtimatio eſt deuius erroꝛ:ergo deuius erroꝛ ad falſa adducit

Quorum quidem alij ſummuꝫ eſſe bonum nihilo indigere credẽtes. Vt diuitijs affluãt elaborant. Alij vero bonũ quod ſit digniſſimum veneratione iudicantes adeptis honoribus reuerendi ciuibus ſuis eſſe nitũtur. Sunt qui ſummuꝫ bonũ in ſũma potentia eſſe conſtituant: hij vel regnare ipſi volũt vel regnantib⁹ adherere conant̃. At quibus optimum quidem claritas videt̃ hi vl' belli vel pacis artibus glorioſũ nomen propagare feſtinãt. Plurimi vero boni fructũ gaudio leticiaqꝫ metiũtur. hi feliciſſimũ putant voluptate defluere.

Quorum quidem alij ſummum eſſe bonum. Hic philoſophia ponit diuerſas opiniones circa felicitatem oſtendens quõ hoies ꝑ errorem ad falſa bona ducebantur ſcdo oñdit q᷑ in talibus bonis poſuerunt beatitudinẽ. tertio oñdit ꝙ naturaliter eorum intentio tendebat ad verã beatitudinẽ. ſcda ibi. Quibus oibus. tertia ibi. Sed ad hoium ſtudia. Primo oñdit quõ hoies errabant circa falſa bona ſtatuendo i eis finem. ſcdo oſtendit quõ qdaꝫ fines adinuicẽ ꝑmutabant. tertio alia bõa fortuita reducit ad ꝑdicta. ſcda ibi. ſunt ẽt. tertia ibi. In his igitur. Primo dicit. Quoꝝ ſupple hoium q ducũt ad falſa bõa alij credentes ſummũ bonuꝫ eſſe nihilo indigere ipſi elaborant vt affluãt. i. abũdẽt diuitijs ponẽdo oẽm ſufficientiã eſſe in diuitijs ⁊ in hoc errabãt. Alij vero ſummum bonũ iudicãtes qd digniſſimuꝫ eſt veneratione id eſt honore tales adeptis honoribus nituntur eſſe reuerẽdi ſuis ciuibus putãtes in honoribus temporalibus veram dignitatem conſiſtere. ⁊ in h errabant. Sunt alij qui ſummũ bonũ ꝯſtituunt in ſũma potentia. hi conant̃ regnare vel adherere regnantib⁹ tanq̃ ꝯſiliarij vel familiares coꝝ ꝑ hoc putantes ſe eẽ vere potentes. ⁊ in hoc decipiunt̃. ſꝫ quib⁹ claritas i. fama videt̃ eſſe optimum bonũ illi feſtinant ꝓpagare. i. dilatare glorioſum nomen i. pulchrã famã artib⁹. i. ſtudijs belli ſic̃ viri militares vel artibus pacis ſicut ſapiẽtes mundi credentes ſe ꝑ hoc acquirere gloriã immortalẽ ⁊ decipiunt̃ ꝑ hoc. Plurimi vero. i. multi metiunt̃. i. menſurant fructũ boni gaudio ⁊ leticia exteriori hi putant. i. eſtimant feliciſſimum deflucre. i. abundare voluptate. i. delectatione corporali eſtimantes in hoc conſiſtere verum gaudium quod eſt erroneum. Nota quinqꝫ ſunt in qbus errantes a vero bono poſuerunt conſiſtere veram felicitatem. ſ. diuitie honores poteſtates gloria ⁊ voluptates. Quoꝝ ſufficiẽtia ſic accipitur. Cũ finis beat rõnem boni ſm diuerſitatem boni diuerſificat̃ finis. Eſt aũt triplex bonũ. vtile: delectabile: ⁊ bonum honeſtum. ⁊ illi q intendebant bono vtili poſuerunt felicitatem in diuitijs. ſed q intendebant bono delectabili ponebant voluptates. ⁊ in illis poſuerunt finẽ ⁊ felicitatem. Qui autem intendebant bono honeſto iſti diuerſificabantur quia bonum honeſtum eſt bonum ſm rationem. Ratio autem eſt duplex ſcilicet ſpeculatiua ⁊ practica. de bono honeſto qd conſiſtit in ſpeculatione non loquebantur iſti: quia tale bonum eſt latens. ipſi autem poſuerunt felicitateꝫ in bono honeſto qd eſt bonum rationis practice. tale ergo bonum vel conſiſtit in opinione hominum et

ſic eſt gloria.vel conſiſtit in exercitio actus realis ⁊ hoc ē dupliciter.vel eni ꝯſiſtit in exercitio ꝓprij actus circa alios: ⁊ ſic ē ptās.vel ꝯſiſtit i exercitio actus alioꝝ circa ſe:⁊ ſic eſt honor. Sunt etiam qui eoꝝ fines.In iſta pte oſtendit quō qdā ſ iſtorū fines iā dictos pmutabant.⁊ dicit.Sunt ēt aliqui q fines ⁊ cauſas finales pmutāt alterutro.i.adinuicē deſiderantes vnū ꝓpter alteꝝ.nam qdā deſiderant diuitias ⁊ voluptates ꝓpt̃ potētiā ⁊ ſūt alij q potētiā petunt i.deſiderāt cā pecunie.i. ꝓpter diuitias vel cā ꝓfe rendi nois.i.cauſa dilata tionis fāe. Nō ſm Ariſto.iij.ethi. Qualis vnuſquiſq; eſt talis finis vide tur ei.ſm ergo diuerſam diſpoſitiōem hoīm diuerſi fines eligunt̃.Illud au tē eligitur ꝓpter aliquem finem p qd aliquis videt̃ poſſe ꝯſequi illū finē. Cū igr̃ ponentes finem eē di uitias magis putabant eſſe diuitias ꝯſequi p potē tiam.ipſi appetebant po tentiam ꝓpter diuitias ⁊

Sunt ēt qui hoꝝ fines cāſq; alterutro pmutāt vt q diuitiaſ ob potētiā volup tateſq; dſiderāt vel q potētiā ſeu pecu nie cā ſeu ꝓferēdi nois petunt.In his igr̃ ceteriſq; talib⁹ humanoꝝ actuū vo toꝝūq; verſat̃ intentio veluti nobilitaſ fauorq; popularis q̄ vidētur quādā cla ritudinē cōpare.Vxor ac liberi qui io cūditatis gr̃a petūtur amicoꝝ vero qd ſctiſſimū qdē gen⁹ē nō iforțūa: ſ; in vir tute numeratur: reliquū vero vel potē tie cauſa vel delectationis aſſumitur.

ecōuerſo qbus videbat̃ ſe poſſe ꝯſequi potentiā p diuitias:ipſi appetebant diuitiaſ ꝓpter potentiā:⁊ ſic poſuerunt pmutationē iſtoꝝ finium adinuicem. In his igr̃ ceteriſq; talib⁹.Hic phia reducit oīa bona fortune in qbus ponunt hoīes felicitatē ad p̄dicta qnq;.⁊ di.In his igr̃ qnq; bonis ⁊ ceteris talibus.ſ.reducibilibus ad p̄dicta verſat̃ intentio actuum humanoꝝ ⁊ votoꝝ.i.deſiderioꝝ.⁊ manifeſtat exemplariter ꝙ alia reducantur ad ipſa di.veluti nobilitas ⁊ fauor popularis q̄ videt̃ compare quandam claritatē.i.gloriam.idō ſupple reducunt̃ ad gloriā;.vxor aūt ⁊ liberi.i. filij ſunt q̄ appetuntur gr̃a iocunditatis.i.cā voluptatis idō ad voluptatem reducuntur: ſed ſanctiſſimū genus amicoꝝ non numerat̃ inter bona fortune ſed numerat̃ in vir tute.reliquū vero qd cadit ſub exteriori fortuna illud aſſumitur:vel cā potētie ſicut eſt adminiſtratio officiorum:vel aſſumitur cauſa delectationis ſicut exercitium lu dorum:ſed bona corporis promptum eſt vt referātur.i.reducātur ad ſuperiora bo na:quia robur ⁊ magnitudo q̄ ſunt ſigna fortitudis corporalis vidētur p̄ſtarē valen tiam.i.potentiam.⁊ ſic ad potentiam reducuntur.ſic pulchritudo ⁊ velocitas viden tur preſtare celebritatem.i.gloriam ad quam reducuntur.ſalubritas aūt.i.ſanitas vi detur conferre voluptatem ad quam reducitur:⁊ ſic oīa bona fortune reducuntur ad predicta quinq;. Nota indigētia alicuius boni auget deſideriū illius boni. idō ſm variam indigentiam hominum variatur eorum deſiderium.vnde Ariſtoteles.i. ethico.dicit ꝙ egrotans ſanitatem:mendicus diuitias:conſcij autem ſibiipſis igno rantie eos qui magnum aliqd habent ſupra ſe admirantur.ſm ergo diuerſam diſpo ſitionem hominum felicitas ponebat̃ in diuerſis bonis fortune que tū ſub predictis

Iā vero corporis bona ꝓmptū ē vt ad ſupiora referant̄. Robur eni magnitudoqꝫ videntur p̄ſtare valentiā: ſalubritas voluptatem. Quibꝰ oībus ſolā beatitudinē deſiderari liquet. Nā ꝙ quiſqꝫ p̄ ceteris petit: id ſummū eē iudicat bonuꝫ. Sed ſummū bonū beatitudinē eē diffinimꝰ. Quare beatū iudicat eſſe ſtatū quē pre ceteris qſqꝫ deſiderat. habes igit̄ āte oculos ꝓpoſitā fore formā felicitatis hūane opes honoreſ potētiā gloriā voluptatesq̄ quidaꝫ ſolē ꝯſiderās Epicurꝰ ꝯſequēter ſibi ſummū bonū voluptatē eſſe ꝯſtituit: ꝙ cetera oīa iocūditatē aīo videāt̄ afferre. ſꝫ ad hoīꝫ ſtudia reuertar quoꝝ aīmꝰ ⁊ ſi caligante

Sſentior inq̃ʒ: cūcta enī firmiſ ſimis nexa rationibus conſtant Philoſophia. Tum illa. Quanti in quit tu eſtimabis ſi bonum ipſum quid ſit agnoueris. Boe. Infiniti inq̃ʒ ſiqui dem mihi pariter deū quoqʒ qui bonuʒ eſt cōtingat agnoſcere. Philoſophia. Atqui hoc veriſſima inquit ratione pa tefaciam maneant mō que pauloāte cō cluſa ſunt. Boe. Manebunt inq̃ʒ. P. Nōne inquit monſtrauimus ea que ap petuntur a pluribus idcirco vera perfe ctaqʒ bona non eſſe quoniam a ſeinuicē diſcreparent. cunqʒ alteri adeſſet alte rum plenum abſolutumqʒ bonuʒ affer re non poſſe. Tum auteʒ verū bonum fieri cum in vnam veluti formam atqʒ

primo premittuntur que daʒ. ſecūdo philoſophia aggreditur propoſitum. ibi. Nonne inquit. primo Boe. aſſentiēs predictis dicit. Aſſentior inq̃. ſcʒ iam dictis. cuncta enī cō ſtant nexa firmiſſimis ra- tionibus quia demōſtra- tiuis. ⁊ philoſophia inqt Quāti ſcilicet precij eſti mabis ſi agnoueris quid ſit ipſuʒ bonuʒ. Reſpon- det Bo. Infiniti. ſcʒ pre cij inq̃ eſtimabo ſiquidē mihi pariter cōtingat ag noſcere deum qui bonuʒ eſt. dicit philoſophia. At qui pro certe hoc patefa ciam veriſſima ratione. maneant. id eſt concedā- tur modo. i. tm̄modo que concluſa ſunt pauloante ⁊ dicit Boe. manebunt ſine omni cōtradictione in ſui veritate. Notanduʒ ꝙ ad ꝓbandaʒ aliquaʒ concluſionem oportet principia manere in ſui veritate ⁊ ea concedi. ſi enī negarentur non poſſet ex eis deduci con- cluſio. volens ergo phīa ex his que concluſa ſunt tanq̃ ex principijs concludere quid ſit bonum dicit hoc velle facere manentibus his que probata ſunt. ⁊ dicit Bo etius ꝙ manebunt in ſui veritate. Nonne inquit monſtrauimus ea. Hic philoſophia aggreditur intentum oſtendendo quid ſit bonum ⁊ intendit probare iſtam concluſi onem. Bonum eſt illud quod omnia appetunt. quam probat tali ratione. Unum et bonum ſunt idem. ſed omnia appetunt eſſe vnum. ergo omnia appetunt bonum.

Circa iſtam rationem ſic procedit. primo probat maiorem. ſecundo minorem. ter- tio reſumpta maiore infert concluſionem. ſecunda ibi. noſti ne igitur. tertia ibi. eſt ne igitur. probat ergo maiorem ꝙ vnum ⁊ bonum ſunt idem per modum queſtionis. Et primo querit dicens. Nonne ſupra monſtrauimus in nona proſa ea que appe- tuntur a pluribus. ſcilicet ſufficientia. reuerentia. ⁊ potentia. idcirco non eſſe vera bo na ⁊ perfecta quoniam diſcreparent a ſeinuicem ſupple eo modo quo appetuntur.

a pluribus et cum alterum abeſſet alteri non poſſet afferre plenū et abſolutū bonū ꝙ nullo modo indigeat.tunc ante monſtrauimus vnū veruꝫ bonū fieri cū colligū tur in vnam foꝛmā beatitudinis atqꝫ efficientiam.id eſt in vnā cauſam efficientem ſ.deum.vt que ſit ſufficientia eadem ſit potentia et reuerentia claritas et iocundi-tas.niſi vero omnia ſint vnū et idem mōſtratū eſt ea nihil habere quo numerentur

efficientiam colliguntur: Ut que ſuffici entia eſt eadem ſit potentia. reuerentia claritas atqꝫ iocunditas. Niſi vero vnuꝫ atqꝫ idem omnia ſint: nihil habe re quo inter expetēda numerentur. B. Demonſtratū eſt inq̄ꝫ nec dubitari vl lo modo poteſt. P philo. Que igitur cum diſcrepant minine bona ſunt. Cuꝫ vero vnum eſſe ceperit bona fiunt. Nonne hec vt bona ſint vnitatis fieri adeptione contingit. Boetius. Ita in q̄ꝫ videtur: Philo. Sed omne quod bonum eſt boni participatione bonum eſſe cōcedis: an minime. Bo. Ita eſt P. opoꝛtet igitur idem eſſe vnū atqꝫ bonum ſimili ratione concedas.

id eſt cōputentur iter ex petenda. id eſt deſiderā da.⁊ dicit Bo. demon-ſtratū eſt iq̄ꝫ nec vllo mō dubitari pt Ulterius q̄-rit philoſophia. illa que cū diſcrepāt minime ſūt bona et cum ceperint eſ-ſe vnum ſunt bona. Nō ne hec contingit fieri bo na adeptione vnitatis. dicit Boe.Ita videtur eſſe inq̄.Et ſubdit phīa ſed omne quod eſt bonū participatione boni con cedis eſſe bonum.an mi nime. Et dicit boetius. ita eſt.Hic philoſophia ex conceſſis cōcludit ma ioꝛem dicens.Igitur ſi-mili modo opoꝛtet vt cō cedas vnum et bonum eſſe idem. et confirmat illam concluſionem per locum ab effectu dicens. Nanqꝫ eadem eſt ſubſtantia eoꝛum quoꝛum non eſt na turaliter diuerſus effectus.quia idem inquātum idem natum eſt facere ideꝫ.Boe tius concedens dicit.negare inq̄ nequeo.Nota ex littera ſic pꝛobatur ꝙ vnum et bonum ſint idem.Quecunqꝫ non ſunt bona niſi quia ſunt vnum illa non ſunt bo-na niſi adeptione vnitatis.ſed omnia ſunt bona adeptione vnitatis.ergo vnum et bonum idem ſunt. Uel aliter arguitur ſic.Omnia ſunt bona adeptione bonita-tis.omnia ſunt bona adeptione vnitatis.ergo bonum et vnum ſunt idem. Aliam rationem innuit in littera dicens. Illa ſunt vnum quoꝛum non eſt diuerſus ef fectus.quis idem inq̄tum idem non facit niſi idem.ex ſecundo de generatione. ſꝫ vnius et boni non eſt diuerſus effectus.quia effectus vtriuſqꝫ eſt bonum.ergo ſūt idem.et hec cōcluſio patet ex quarto methaphiſice.vbi Ariſtoteles vult ꝙ bonum et vnum conuertantur.Noſti ne igitur omne quod eſt.hic phīa pꝛobat minoꝛem ſcꝫ ꝙ omnia appetunt eſſe vnum per talem rationem.Unūquodqꝫ tandiu manet atqꝫ ſubſiſtit q̄diu eſt vnū.ſed omīa naturaliter appetūt manere et ſubſiſtere.ergo oīa appetunt eſſe vnum.Illius rationis pꝛimo declarat maioꝛē.ſecūdo mioꝛē. ibi

eſt ne igitur. Tertio reſumpta maiore concludit intentum. ibi aīt inquit. Primo ergo declarans maiorē ꝙ vnumquodq; tādiu manet q̄diu eſt vnū. dicit. Noſti o Bo. omne quod eſt tādiu manere atq; ſubſiſtere q̄diu ſit vnū. et cum deſinit eſſe vnū pariter contingit diſſolui atq; interire. Querit Bo. Quonā modo. phīa declarat in exemplo dicens. in animalibus hoc patet cum anima et corpus in vnum coeūt atq; ꝑmanēt vnū illud vnū vocat̄ aīal. cū vero hec vnitas diſſoluitur a ſeparatione vtriuſq; aīe et corꝑis. liq̄t id eſt manifeſtū eſt aīal interire et nō iam eſſe aīal. Ponit aliud exemplum ipm̄ etiā corpus humanū cū ꝑmaneat ī vna forma cōiunctōe membroꝝ tunc viſitur. i. videt̄ hūana ſpecies. ſ; ſi ꝑtes corporis diſtribute et ſegregate. i. ſeparate abinuicē diſtraxerit vnitatem corpus deſinit eſſe qđ fuerat. eodem modo percurrenti cetera ꝓculdubio patebit vnūquodq; ſubſiſtere. i. permanere dū eſt vnum. cū vero đſinit eſſe vnū interire videt̄. ⁊ dicit bo. minime inq̄; videt̄ mihi aliud cōſiderāti plura. Nota ꝙ aliquis diceret nō videt̄ ꝙ eē et eſſe vnū ſint eadē. quia mali ſūt et tn̄ nō ſūt vnū ꝓbatio. vnū et bonum ſunt idem vt iam probatū ē. ſ; mali nō ſunt boni ergo nō ſūt vnū. Iſta rō ſoluitur ex q̄rto huius negando maiorem. q: phīa q̄rto huius ꝓbat malos nō ſolū nō eſſe potentes ſ; ſimpliciter nō eē. vñ mali bn̄ ſunt mali. ſ; ꝙ ſimpliciter dicant̄ eſſe nō eſt verum. ſicut hō mortuus ſimpliciter nō ē hō et de hoc videbitur ī quarto. Eſt ne igitur iq̄t. Hic phīa ꝓbat ſeu declarat minorē ſcilicet ꝙ omnia appetāt eſſe et permanere. et primo oſtendit hoc. ſecundo probat

Eadem nāq; ſubſtantia eſt eorū quorum naturaliter nō eſt diuerſus affect⁹ Bo. Negare inq̄; nequeo. P. Noſti ne igitur inquit omne quod eſt tandiu manere atq; ſubſiſtere quādiu ſit vnū ſ; iterire atq; diſſolui pariter atq; vnū eſſe deſiſterit. Boeciuſ. Quonā modo P. Vt in animalibus inquit cū in vnū coeunt ac permanent anima corpuſq; id animal vocatur. cum vero hec vnitas vtriuſq; ſeparatione diſſoluitur: interire nec iam eſſe animal liquet: ipſū quoq; corpus cum in vna forma membrorum coniunctiōe permanet: humana viſitur ſpecies. At ſi diſtribute ſegregateq; partes corporis diſtraxerint vnitatem: deſinit eſſe quod fuerat. Eoq; modo ꝑcurrenti cetera proculdubio patebit ſubſiſtere vnūquodq; dū vnū eſt: cum vero eſſe deſinit interire. Boe. Conſideranti inq̄; mihi plura minime aliud videtur. Philoſophia. Eſt ne igitur inquit quod inquantum naturaliter agat relicta ſubſiſtendi appetētia uenire ad iteritū corruptōēq; deſiderē

minorem ſcꝫ ꝙ omnia appetant eſſe ⁊ permanere.⁊ primo oſtendit hoc. ſecūdo probat ꝙ talis appetitus eſt naturalis.ſecunda ibi. Neqꝫ nunc nos.primo oſtēdit intētū in animalibus.ſecundo in vegetabilibus.tertio in rebus inaīatis.ſecūda ibi. atqui nō eſt.tertia ibi.ea etiam Primo dicit phīa.Eſt ne aliquid quod inq̄tum naturaliter agat deſideret puenire ad interitū.i.ad mortē ⁊ ad corruptionē relicta appetentia ſubſiſtendi. reſpondet boe.

Bo.ſi animalia inqꝫ cōſiderem que habent aliquam volendi nolendiqꝫ naturaꝫ:nil inuenio quod nullis extra cogētibus abiciant manendi intentioneꝫ et ad interitum ſponte feſtinent. Omne nāqꝫ animal tueri ſalutem laborat:mortem vero perniciēqꝫ deuitat. Sed q̇d de herbis arboribuſqꝫ:quid de ianimatis oīno cōſentiē rebus prorſus dubito P. Atqui nō eſt ꝙ de hoc poſſis ambigere cuꝫ herbas atqꝫ arbores intuearis primū ſibi cōuenientibus innaſci locis vbi quantuꝫ earum natura queat cito exareſcere atqꝫ interire nō poſſunt. Nā alie quidem campis:alie montibus oriuntur:alias ferūt paludes:alie ſaxis he

Si conſidereꝫ aīalia que habent naturaꝫ.i. appetitum volendi id eſt proſequendi. ⁊ nolendi id eſt fugiendi aliquid. nihil inuenio qḋ abiciat intentionem manendi ſupple in rerum natura ⁊ feſtinet ſponte id eſt voluntarie ad interitum nullis cauſis extra cogentibus. qa omne animal laborat tueri ſalutem ⁊ deuitat mortem ⁊ perniciem.ſed ego prorſus dubito quid de herbis ⁊ arboribꝰ. ⁊ qd de rebꝰ inaīatis oīno cōſentieꝫ:ſupple an talia appetant eſſe ⁊ permanere

Nota boetius non dubitat quī animalia appetant eſſe ⁊ permanere.cuius rationeꝫ innuit. illud quod laborat tueri ſalutem ⁊ vitare mortem hoc appetit eſſe ⁊ permanere.ſed omne animal eſt huiuſmodi.ergo ⁊c̄.ſed vtrum ita ſit in vegetabilibus ⁊ rebus inanimatis de hoc dubitat.⁊ poteſt eſſe ratio dubitationis:quia in talibus nō ſunt operationes ita manifeſte ſubſeruientes appetitui naturali permanendi. ſicut in animalibus que mouenẗ ad percipiendum nutrimentum ⁊ alia que pertinent ad conſeruationem vite. Atqui non eſt ꝙ de hoc quoqꝫ poſſis.Hic philoſophia probat ꝙ vegetabilia ſicut herbe ⁊ arbores appetant eſſe ⁊ permanere. Et hoc probat quattuor modis ſicut patebit. Primo ex locorum qualitate.quia in talibus locis naſcuntur vbi diutius poſſunt conſeruari in eſſe.Unde dicit Atqui pro certe.O Boeti non eſt quod poſſis ambigere id eſt dubitare de hoc vtrum inanimata ⁊ vegetabilia appetant eſſe primum id eſt primo ſigno. Cum tu intuearis herbas id eſt arbores innaſci locis ſibi conuenientibus vbi quantum earum natura id eſt vigor nature queat non poſſunt cito exareſcere ⁊ interire. Nam alie campis oriuntur ſicut oliue. alie montibus ſicut cipreſſi. Alias ferunt paludes ſicut alnos et ſalices. Alie adherent ſaxis ſicut herbe que dicuntur capilli veneris et barba Jouis.

Aliarum herbarum ſunt fecunde id eſt abundantes. ſteriles harene vt illius

herbe que dicitur mericaquas ſi quiſq̃ conatur tranſferre in alta loca areſcunt. ſed natura dat vnicuiq; quod ſibi conuenit ⁊ elaborat ne intereant q̃diu manere poſſunt. Nota locus eſt principium generationis quia ſaluat ⁊ conſeruat locatū ⁊ ipſo mediante virtus celeſtis influit ipſi locato. Cum igitur vegetabilia ſicut herbe et plante requirant determinata loca in quib⁹ ſaluanṫ ⁊ in alijs areſcant. patet ꝙ ipſa appetant eſſe et ꝑmanere. Quid dicam ꝙ om̄s velut in terras. Hic ph̄ia probat idē alio ſigno qḋ ſumitur ex modo ſituationis partium ſecundum conuenientiam ad attractionem alimenti quo cōſeruatur eſſe eorum. ⁊ dicit. quid iudicas ex hoc ꝙ om̄s herbe ⁊ arbores trahunt alimenta radicibus velut ore demerſo in terras ⁊ diffundunt ſibi alimentū per medullas per robur ⁊ per cortices quod non eſt niſi ꝓpter appetitum permanendi. Tunc ponit aliud ſignū quod ſumitur de diſpoſitione partium ad prohibendum documentū extrinſecus dicēs. Quid tu iudicas ex hoc ꝙ nobiliſſimum quodq; ſicut eſt medulla ſemper reconditur id eſt locatur in interiori ſede id eſt in medio plante. extra vero tenetur quadam ligni firmitate. vltimus autem id eſt exterior cortex arboris quaſi patiens mali id eſt potens ſuſtinere mala opponitur defenſor verſus intemperiem celi. i. aeris. tunc ponit aliud ſignum quod ſumitur ex ꝓpagatione ſeminis que ordinatur ad cōſeruationem nature in alio ſimili in ſpecie cum non poſſit manere idē numero. ⁊ dicit. Jam vero quanta eſt diligentia nature vt cuncta propagentur ſemine multiplicato. ſupple conſidera que omnia ſemina quis neſciat eſſe tanq̃ quaſdā machinas id eſt inſtrumenta manendi nonmodo id eſt non tantū ad tempus: verumetiam manendi im perpetuum generatim id eſt ſucceſſiua generatione. q. d. nullus eſt cui hec non pateant. Notandum ꝙ radices plantarum ori ſimiles ſunt cum habeant eandem operationem ſupple trahere alimentum. habent autem plante radices infixas terre quia ex terra humorem trahunt ⁊ alimentum quod primo diffunditur in medullam. deinde in robur. deinde in corticem. eſt autem medulla molliſſimum quod eſt in medio plante vel arboris non potens pati intemperiem caloris ⁊ frigoris. Ideo

rent aliarū fecunde ſunt ſteriles harene quas ſi in alia quiſpiam loca tranſferre conetur areſcant. Sed dat cuiq; natura quod cōuenit et ne dum manere poſſunt intereant elaborat. Quid dicam ꝙ oēs velut in terras ore demerſo trahunt alimenta radicibus: ac per medullas. robur. corticēq; diffundūt. Quid quod nobiliſſimum quodq; ſicuti medulla eſt in interiore ſemper ſede reconditur. extra vero quadam ligni firmitate: vltimus autē cortex aduerſum celi intemperiem quaſi mali patiens defenſor opponi. Jam vero quanta eſt nature diligentia vt cuncta ſemine multiplicato propagentur. que omnia nōmodo ad tempus manēdi: verum generatim quoq; quaſi in ꝑpetuū ꝑmanēdi veluti

natura ipſam locauit in medio quam circundat robur quod eſt lignuꝫ arboꝛis.robur autem circundatᷣ coꝛtice exterioꝛi tanꝙ̃ defenſoꝛe ab intemperie aeris. Notanduꝫ ꝙ quia vegetabilia non poſſunt idem numero manere:ideo natura pꝛoducit in eis ſemina per quoꝝ ꝓpagationem permaneant idem in ſpecie.ſcilicet in ſuo ſimili.Ea etiam que inanimata eſſe creduntur.Hic phia pꝛobat ꝙ etiam inanimata appetant eſſe

quaſdam machinas eſſe quis neſciat. Ea etiam que inanimata eſſe credũtur nonne id quod ſuum eſt queqꝫ ſimili ratione deſiderant. Cur eniꝫ flãmas quidem ſurſum leuitas vehit: terras vero deoꝛſum pond⁹ depꝛimit niſi ꝙ hec ſingulis loca motioneſqꝫ cõueniũt. Poꝛro autem quod cuiqꝫ conſentaneuꝫ eſt id vnumquodqꝫ cõſeruat.ſicuti ea que ſunt inimica coꝛrũpunt. Ita vero que dura ſunt vt lapides adherent tenaciſſime partibus ſuis:⁊ ne facile diſſoluantur reſiſtunt.que vero liquentia vt aer atqꝫ aqua facile quidem diuidentibus cedũt:ſed cito in ea rurſus a quib⁹ ſunt abſciſa relabuntur.Ignis vero oẽm refugit ſectionem. Neqꝫ nũc nos de voluntariis anime cognoſcentis motibus

duobus ſignis.pꝛimo ex inclinatione naturali eoꝛum ad locum.⁊ dicit ſic Ea etiam que creduntur eſſe inanimata vt lapis. aer.ignis.nonne deſiderant id eſt appetunt.queqꝫ. id eſt omnia inanimata.quod ſuũ eſt.id eſt ſue nature conſonum. id eſt ſimili ratione pꝛopter cõſeruationem ſui eſſe. q.d ſic.Cur eñ leuitas vehit id eſt mouet flãmas ſurſum.⁊ pondus id eſt grauitas depꝛimit terras deoꝛſum.non pꝛopter aliaꝫ cauſam niſi ꝙ hec loca ⁊ motiones cõueniunt ſingulis ſupple pꝛo ſaluatione coꝛum eſſe. ⁊ ſubdit. Poꝛro illud qđ eſt conſentaneum id eſt conueniens cuiqꝫ illud ſupple conſeruat in eſſe vnũqđqꝫ: ſicut ea que ſunt inimica id eſt contraria coꝛrumpunt.Secundo pꝛobat idem per aliud ſignum ſumptum ex conſeruatione naturalis ꝓpꝛietatis hmõi eſt cõtinuitas quã quelibet res naturalis nititᷣ cõſeruare.vñ dicit.Jam ſupple iſta vero que dura ſunt vt lapides adherẽt tenaciſſimis.i.firmiſſimis ſuis ꝑtibus ⁊ reſiſtũt ꝑ ſuã duriciẽ ne facile diſſoluantᷣ.que vero ſunt liquẽtia.i. mollia ſicut aer ⁊ aqua de facili cedũt diuidentib⁹ ſed cito relabunᷣ.i.redeũt ad ea a quibus ſunt abſciſa.ſed ignis refugit oẽm ſectionẽ. Nota ꝙ hoc vltimũ qđ dicit igneꝫ fugere oẽm ſectionẽ dupliciter exponitᷣ.pꝛimo ſic.Aliqđ ſecatᷣ cum ꝑtes eius abinuicem ſeparantᷣ ita vt in nullo cõueniãt.ſed ꝑtes ignis ſic nõ poſſunt ſecari quin ſemper in aliquo cõueniãt vt maxime patet de igne qui eſt flãma.Alio modo exponitur ſic ꝙ ignis refugit om̃eꝫ ſectionẽ.quia ꝓpter vehementiã ſue actionis coꝛrũpit ipſuꝫ quod debet ſecare ⁊ igniendo ipſum in ſuam naturã cõuertit.Neqꝫ nunc nos. Hic phia ponit ꝙ deſideriuꝫ eſſendi non eſt appetitus voluntarius ſed naturalis.⁊ dicit

ſed de naturali intentione tractamus. Sicuti ē ꝙ acceptas eſcas ſine cogitatione tranſigimus. ꝙ in ſomno ſpiritū ducimus neſcientes. Nam ne in animalibus quidem manendi amor ex anime volūtatibus verū ex nature principiis venit. Nam ſepe mortem cogentibus cauſis quā natura reformidat volūtas amplectitur. Contraq; illud quo ſolo mortalium rerum durat diuturnitas gignendi opus quod natura ſemꝑ appetit: interdum coercet voluntas. ideo hec ſui caritas non ex animali motione ſed ex naturali intentione ꝓcedit. Dedit enim prouidentia creatis a ſe rebus hanc id eſt maximam manendi cauſam vt quoad poſſunt naturaliter manere deſiderent. Quare nihil eſt quod vllo modo queas dubitare cuncta que ſunt appetere naturaliter conſtantiam ꝑmanendi: deuitare perniciez. Boe. Confiteor inq̄z nunc me indubitato cernere.

Neq; nos tractauimus nunc de motibus voluntariis aīe cognoſcentis ſed de naturali intentione ſicut naturale eſt qđ tranſigimus.i. digerimus acceptas eſcas ſine cogitatione. ⁊ ꝙ in ſomno neſcientes ducimus ſpūm.i.reſpiramus. Nam amor.i. appetitus manendi.i. ſubſiſtendi in aīalibus non ꝓuenit ex volūtatibus ſupple ſicut tu eſtimas. q: ſupius poſuiſti ſolū in aīalibus eſſe appetitū manendi. Sed venit ex principiis nature. qa natura reperitur tam in animatiſ q̄z in inanimatis. ꝙ autē appetitus manendi non ſit ex volūtate probat dupliciter. Primo probat hoc: quia voluntas ſepe amplectitur mortem que tollit eſſe indiuidui. vnde dicit. voluntas ſepe amplectitur mortem quā natura reformidat id eſt abhorret cogētibus cauſis rez extrinſecis ſicut patet de martiribus. Secūdo probat idez ex hoc ꝙ voluntas quandoq; cohibz operationem conſeruatiuam eſſe ſpecifici dicens contraq; id eſt per cōtrarium illud opus gignendi quo ſolo durat diuturnitas id eſt ꝑmanentia rez mortalium qđ natura appetit interdum coercet volūtas ſicut patet in cōtinētib⁹. ideo hec caritas id eſt appetitus ſui ſupple manendi non ꝓcedit ex aīali motiōe ſed ex naturali intentione quā deus indidit nature. Dedit enim prouidentia diuina rebus creatis a ſe hanc maximam cauſam manendi vt deſiderent permanere naturaliter q̄zdiu poſſunt. Quare nihil eſt quod vllo modo queas.id eſt poſſis dubitare cuncta que ſunt naturaliter appetere conſtātiam permanēdi ⁊ deuitare perniciem. Quod boetius concedens dicit. Confiteor inq̄z nunc me cernere.indubitato.id eſt ſine dubitatione que dudum incerta videbantur ſupple ꝙ vegetabilia ⁊ inanimata naturaliter appetunt permanentiam eſſendi. Notandum ꝙ duplex eſt appetitus. ſcilicet naturalis et animalis. Naturalis eſt qui

conſequitur formam naturalem.⁊ q: prima perfectio illius qd habet formam naturalem eſt eſſe.ideo appetitus cuiuſlibet rei naturalis eſt ad ſuū eſſe habendū ſi careat vel ad conſeruandū ſi habeat. Appetitus eñ animalis eſt qui conſequitur formā apprehenſā.⁊ ſi eſt apprehēſa per ſenſus ſic eſt appetitus ſenſitiuus qui ſemper tendit in cōueniētia nature.ſi autē eſt forma apprehenſa per intellectū tunc ſemper inclinatio cōtinens eſt appetit⁹ rationalis qui eſt voluntas.⁊ q: illud qd ſcdm ſe eſt diſconueniens nature ſicut eſt mors illud homo apprehendit quādoq: tanq̄ cōueniens propter aliud annexū ſc; propter premiū eterne vite. ideo voluntas ſepe amplectitur mortē quā natura refutat.ex quo patet q appetitus eſſendi non eſt primo ⁊ principaliter ex appetitu intellectiuo: ſed ex appetitu naturali. nam appetitus intellectiuus non inuenitur in oībus in quibus inuenitur appetitus naturalis. Qd autē ſubſiſtere inquit.hic phīa reſūpta maiore cōcludit intentū di. Quod

que duduꝫ incerta videbātur. P. Qd autē inquit ſubſiſtere ac ꝑmanere appetit id eſſe vnuꝫ deſiderat. Hoc enim ſublato nec eſſe quidem cuiquam permanebit. B. Verum eſt inquam. P. omia igitur inquit vnum deſiderant. B. Cōſenſi. P. Sed vnū idipſum monſtrauimus eſſe qd bonū eſt. Bo. Ita quidem P. Cuncta igitur bonū petunt quod quidē ita deſcribas licet ipſum bonum eſſe qd deſideretur ab oibus. B. Nihil inquā veri⁹ excogitari poteſt. Nam vl' ad nihiluꝫ cuncta referuntur et vno veluti vertice deſtituta ſine rectore fluitabūt. aut ſi quid eſt ad quod vniuerſa feſtinent: id erit oim ſummū bonoꝝ. P.

aūt appetit ſubſiſtere ⁊ ꝑmanere illud deſiderat eſſe vnū.hoc eñ vno ſublato nō permanebit cuiq; rei ſuū eſſe.dicit Boe.verū eſt. Cōcludit ergo phīa.oīa igitur vnū eē deſiderant.⁊ Boe.cōſentiens dicit.conſenſi.⁊ tunc maiores principalis ſilogiſmi reſumit vt concludat diffinitionē boni dicens.ſed nos monſtrauimus vnū eſſe idipſuꝫ qd bonū eſt.di. Bo.ita quidē.tūc. P.concludit intentū formādo diffinitionē boni dicens.igitur cuncta bonum petunt.qd bonū licet.i.licitū eſt vt ita deſcribas. Bonū eſt quod deſideratur ab omnibus.⁊ dicit Bo.nihil verius cogitari poteſt: q: vel ad nihilum cuncta deferuntur ⁊ deſtituta vno vertice.i.principio cuncta fluitabūt ſine rectore.aut ſi quid eſt ad quod vniuerſa feſtinant illud erit ſummuꝫ omniuꝫ bonoruꝫ

Notandum q omne quod eſt vel appetit perfici vel in ſua perfectione ſaluari cum igitur perfici ⁊ in perfectione ſaluari ſit bonum omnia appetunt bonum. Notandum cum dicitur omnia appetunt bonū.ibi non accipitur bonū preciſe pro bono morali nec preciſe pro bono naturali ſed pro bono communiter accepto. quod bonum cōmuniter acceptum eſt eſſe eſſentiale vel accidentale conueniens rei vt perficiatur vel in ſua perfectione ſaluetur. Et illa nimium inquit. Hic philoſophia ex dictis reducit Bo.in cognitionē cuiuſdā quod ſupra ſe ignorare cōfeſſus eſt ſupple quis ſit finis omniuꝫ rerum.⁊ primo cōmendat dictum boetij dicens. O alumne nimium

letor q: tu fixiſti.id eſt attigiſti notaʒ id eſt cognitionem mente medie veritatis.id eſt perfecte veritatis que eſt in medio. ſed hoc patuit tibi qđ dicebas te ignorare paulo ante ſupple in primo libro ſexta pſa.ꝛ querit boetius quid inq̃ ſupple eſt illud. dicit phia quis ſit finis oīm rerū.ꝛ ſubdit.is eñ eſt finis oīm rerū quod deſideratᷣ ab oib⁹ qđ q: bonū eſſe collegim⁹ vt patet ex diffinitione boni: oportet vt fateamur bonū eē finem oīm rerū. Notā dum ꝙ per noticiam me die veritatis intelligit no ticiam diuinam. ſicut eñ punctū eſt medium circu li a quo oēs linee ducun tur:ſic deus eſt mediū ve ritatis a quo oīs veritas procedit. Notandū ꝙ oīa appetunt ſui fineʒ cū finis ſit pfectio rei ꝛ res deſtituta ſuo fine fruſtra ſur.cuʒ igitur de ratione finis ſit eſſe bonū q: aufe rentes fineʒ auferunt na turaʒ ex ſecundo metha phiſice.ideo finis omniū rerum eſt bonum.

Et illa nimiuʒ inquit. O alumne letor ipſam eni medie veritatis notam men te fixiſti. Sed i hoc patuit tibi qđ igno rare te pauloante dicebas. Bo. quid in quam. P. Quis eſſet inquit reruʒ om nium finis. Is eſt enim profecto quod deſideratur ab omnibus. qđ quia bonū eſſe collegimus: oportet rerum omniuʒ finem bonum eſſe fateamur.

Metrum vndecimum libri tercii.

Metrū.xi.tertij libri.

q Uiſquis profū da mēte. Iſtud eſt vndecimum metrū hui⁹ tertij qđ dicitᷣ gliconicuʒ ab inuentore

uiſq̃s pfūda mēte veſtigat verꝫ
Cupitq̃ʒ nullis ille deuijs falli
In ſe reuoluat intimi lucem viſus.
Longoſq̃ʒ in orbē cogat iflectēs mot⁹.
Animūq̃ʒ doceat quicquid extra molitᷣ

iambicum a pede predominante.in quo metro.P.oſtendit quomodo poſſumus co gnoſcere bonum ꝛ verum ꝛ peruenire ad cognitioneʒ rerum. Ex quo Boetius pri us confeſſus eſt ſe modo ſcire qđ prius ignorabat. Primo ergo oſtendit modū quo poſſumus deuenire in cognitioneʒ veritatis. Secūdo aſſignat cauſam eius.ibi. Non omne. dicit primo. Quiſquis veſtigat id eſt inueſtigare vult verum pfunda mente id eſt ſubtili.ꝛ cupit falli nullis deuijs id eſt falſis opinionibus que faciunt a vero deui are.ille reuoluat in ſe id eſt exercitet intra ſe.lucem id eſt ſpeculationē.intimi viſus id eſt rationis ꝛ intellectus interioris.ꝛ ipſe cogat id eſt reducat. longos motus id eſt operatiōes anime pcedentes ab aīa inflectens eos motus.in orbem id eſt in circulū redeundo ad animā ꝛ quicquid animū doceat molitur id eſt laborat ſpeculando.ex tra id eſt circa res exteriores ille doceat aīm retruſuʒ.i.ad ſe reuerſuʒ poſſidere ſuis theſauris id eſt potentijs que ſunt memoria ꝛ intellectus.ꝛ tunc illud qđ atra nubes id eſt obſcuritas ignorantie.dudum texit id eſt occultauit illud lucebit id eſt appare bit. perſpicatius id eſt euidentius ipſo phebo.quaſi dicat qđ longo tempore fuit ob ſcuruʒ lucidū apparebit intellectui. Notanduʒ ꝙ qui vult cognoſcere verum diri gat rationem ꝛ intellectum ad ipſam rem extra ꝛ ad rerum proprietates: ꝛ ſi aliquid

cognoſcit ex his nõ ſtatim iudicet:ſed in ſe reuertat̃ deliberando an ita ſit vel non ſit. quia ſepe videtur bonuʒ eſſe qđ non eſt.ꝛ non eſſe qđ eſt.ſine em̃ deliberatione non eſt iudicanduʒ quod non eſt longa deliberatione pꝛobatuʒ.ideo dicit phia reuoluat in ſe lucem intimi viſus. Notanduʒ ꝙ oꝛbis eſt linea circũducta rediens ad ideʒ.in flectere ergo longos motus in oꝛbem eſt cum virtus anime ab aĩa vſqȝ ad ipſaʒ rem diuertit̃ ꝛ ad aĩam reuertitur deliberando an ita ſit vel non ſit ſecundũ qđ cognouit. Non om̃e nã qȝ mente depulit lumen ꝛc. Hic phia aſſignat cauſam eius qđ dictũ eſt. ſcȝ quare poſſum⁹ cognoſcere verũ dicẽs. Nam coꝛpus iuehẽs id eſt iducẽs obliuioſam molem id eſt grauitatem qua homo ſit obliuioſus non depulit om̃e lumen id eſt cognitionem veritatis mente id eſt de mente. quia habit⁹ pꝛincipioꝝ manet in mẽte.ꝛ ſubdit ꝑfecto id eſt ꝑ certo ſemẽ id eſt pꝛincipium veri id eſt veritatis. heret id eſt manet introꝛſum id eſt intrinſecus in anima qđ excitatur ventilante id eſt exercẽte doctrina. ꝙ autẽ ſemen veri ſit in anima ꝓbatur per hoc ꝙ puer ignarus quãdo recte reſpondet ad interrogata vt vtrũ dualitas ſit numerus par vel impar. vñ dicit nam cur rogati.i.interrogati cenſetis.i.iudicatis vel reſpõdetis recta ſponte.i.volũtarie niſi fomes.i.radix veritatis merſus.i.latens viueret alto coꝛde.i.pꝛofunda mente.ꝛ ſubdit ꝙ ſi muſa.i.ſapientia platonis perſonat veruʒ illud quod quiſqȝ diſcit recoꝛdatur imemoꝛ.i.oblitus. Notanduʒ ꝙ platoni imponitur ꝙ voluerit animas omnia ſciuiſſe anteqȝ cõiungerentur coꝛpoꝛibus.ſed adiũcte coꝛpoꝛibus omnia tradidiſſe obliuioni. ſed ꝑ ſtudiũ ꝛ exercitium ſapientiaꝫ recuperaſſe.ergo voluit ꝙ ſcire non eſt aliud niſi quoddã antiquoꝝ reminiſci.ad quã intentionẽ videtur hic loqui phia.ſed non eſt dicendum ꝙ ſcire fiat per reminiſcentiã ſed ſcientia de nouo acquiritur per inuẽtionẽ vel doctrinã. verum eſt ꝙ intellect⁹ noſter naturaliter habet ſe in cognitionẽ pꝛincipioꝝ per que virtute intellectus agentis ꝛ per doctrinam deuenit in cognitionẽ pꝛincipiatoꝝ. vnde Linconienſis pꝛimo poſterioꝝ dicit. Non ſolum vox doctoꝛis exterius ſonans nec littera viſa docet.ſed hec duo mouent ꝛ excitant. verus autẽ doctoꝛ eſt qui menteʒ interius illuminat ꝛ veritatẽ oſtendit. Notandum ꝙ ſicut ſanitas quãdoqȝ cauſatur a pꝛincipio intrinſeco ſcȝ a coꝛde.quãdoqȝ a pꝛincipio interioꝛi ꝛ exterioꝛi puta a medico ꝛ coꝛde. ſed nunqȝ cauſat̃ a pꝛincipio exterioꝛi ſine interioꝛi.ſic ſciẽtia qñqȝ acqrit̃ a ꝓncipio interioꝛi puta ab intellectu agente ſicut ptȝ in hñtib⁹ ſciaꝫ ꝑ inuẽtionẽ. qñqȝ acqrit̃ a ꝓncipio interioꝛi ꝛ exterioꝛi ſimul ſicut a doctoꝛe ꝛ itellectu agẽte. nũqȝ autẽ acqrit̃ a ꝓncipio exterioꝛi ſine iterioꝛi.

Suis retruſum poſſidere theſauris
Dudum quod atra texit erroꝛis nubes
Lucebit ipſo perſpicatius phebo.
Non omne nãqȝ mente depulit lumen
Obliuioſam coꝛpus inuehens molem
Heret pꝛofecto ſemen introꝛſum veri
Quod excitatur vẽtilante doctrina.
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis:
Ni merſus alto viueret fomes coꝛde.
Quod ſi platonis muſa perſonat verũ
Qđ quiſqȝ diſcit immemoꝛ recoꝛdatur

Pꝛoſa vndecima tercij libꝛi.

Proſa duodecima libri tercii.

Um ego platoni inquã vehemẽter aſſentior. nã me hor iam ſcdo cõmemoraſ. Primũ ꝙ mẽoriã corporea cõtagione dehinc cũ meroris mole preſſus amiſi. P. Tum illa ſi priora inquit conceſſa reſpicias ne illud quidẽ longius aberit quin recorderis qd te dudum neſcire confeſſus es. Boe. Quid inquã. P. Quibus ait illa gubernaculis mũdus regatur. B. Memini inquã me inſitiam meam fuiſſe cõfeſſuz. Sed quid aſſeras licet iam proſpiciaz: planius tamen ex te audire deſidero. Phia.

Um ego platoni inquã. Iſta eſt duodecima pſa ⁊ vltima huius tertij in qua. P. reducit Bo. in cognitionẽ alterius cuius ignorantiã prius confeſſus eſt ſupple quib⁹ gubernaculis mũd⁹ regaſ. primo facit hoc. ſecundo. B. mouet quãdã queſtionẽ. P. ſecũda ibi. ludis ne me. primo oſtẽdit. P. ꝙ de⁹ oĩa gubernat ſua bonitate. ſecũdo oſtẽdit modũ quo oĩa gubernat. ibi. Sed qd dicaz tercio ex his cõcludit malum nihil eſſe. ibi. ſed vis ne. pmo. B. aſſẽtit dictis platonis in metro. ⁊ oſtẽdit. P. ipm poſſe deduci in cognitionẽ cuiuſdã cuius ignorantiã confeſſus eſt. ſecũdo. P. reducit ipſum in cognitionẽ illius. ſecũda ibi. Mundũ hũc pmo di. tum ꝓ tunc ego bo. inq̃ vehemẽter aſſentior. i. ꝯſentio platoni. nã me o. P. hor ſupple ꝙ deus ſit finis oim rerũ ⁊ ſummũ bonũ ſecũdo cõmemoras. i. recordari facis primum qd amiſi memoriã. i. qd erat ĩ memoria corporea cõtagiõe. i. corporis grauedine. dehinc. i. ſecũdo ꝯmemoror bonũ cum amiſi memoriã preſſus mole id eſt pondere meroris. Tunc. P. oſtẽdit ꝙ nõ tantũ hor recordabitur ꝓpter dicta ſed cuiuſdã alteri⁹ qd ignorare ſe dicebat. d. ſi illa prius cõceſſa reſpicias non aberit longius. ſcz a memoria tua quin facile recordaberis qd dudũ cõfeſſus es te ignorare in pmo li. ⁊ querit bo. qd inq̃. d. P. qbus gubernaculis regaſ mũd⁹. ⁊. d. B. memini inq̃ me fuiſſe cõfeſſuz inſitiã. i. ignorantiã meã. ⁊ licet iam ꝓſpiciã. i. agnoſcã tamẽ deſidero plani⁹ audire ex te qd aſſeras. i. qd de hoc dicas. Notandũ ꝙ bo. d. ſe ſecũdo cõmemoratũ pdictor ꝙ deus ſit finis rerũ ⁊ ꝙ ſit ſummũ bonũ. pmo poſtq̃ mole corporis opp̃ſſus eſt amiſit memoriã cor ⁊ poſtea p ſtudiũ recordat⁹ eſt. ſecũdo qr merore ⁊ triſticia affectus in ignorãtiã cor lapſus eſt: ſed poſtea p inſtructõez phie ad memoriã reduxit. Mũdũ hũc inqt deo rege. Hic. P. vult oſtendere intẽtũ. ⁊ pmo ãmonet Bo. de quodã pus cõceſſo. ⁊ bo. illud fateſ. ⁊ ratione cõfirmat. ſcdo. P. oſtẽdit quib⁹ gubernaculis regaſ mũdus. ibi. Tum illa inqt. pmo. d. o boe. tu pauloante in pmo libro putabas minime dubitãduz hũc mũdũ regi a deo. d. Boe. minime arbitror dubitandũ nec vnq̃ dubitabo ⁊ ego breuiter exponã quib⁹ rationib⁹ accedã ad hoc ꝓbandũ. ⁊ innuit. B. ratões ſuas. d. Hic mũd⁹ minime cõueniſſet in vnã formã ex tam diuerſis ⁊ cõtrarijs ptib⁹ niſi eſſet vn⁹ q tam diuerſa cõiũgeret ſuplle q ẽ de⁹ ⁊ ipſa diũſitas naturar huĩ⁹ mũdi diſcors inuicẽ diſſociaret atq3 diuelleret cõiũcta niſi eſſet q cõtineret. i. cõſeruaret qd nexuit

Mundu; hũc ĩquit deo regi pauloante minime dubitãdũ putabas. B. Nec nũc quidẽ arbitror inqꝫ nec vnqꝫ dubitandũ puto. P. Quibꝰqꝫ in hoc rationibꝰ accedã breuiter exponã. Mundꝰ hic ex taꝫ diuerſis cõtrariiſqꝫ ꝑtibꝰ in vnã formã minime cõueniſſet niſi vnꝰ eſſet qui tam diuerſa cõiungeret: cõiuncta vero naturarꝫ ipſa diuerſitas iuicẽ diſcors diſſociaret atqꝫ diuelleret. niſi eſſet vnꝰ qui qđ nexuit cõtineret. Non tam vero certuſ nature ordo ꝓcederet nec tam diſpoſitos motꝰ locis tꝑibus efficiẽtia ſpaciiſ qualitatibꝰ explicarẽt niſi vnus eſſet qui has mutationũ varietateſ manẽs ipſe diſponeret. B. hoc quicqđ eſt quo cõdita manẽt atqꝫ agitanẽ vſitato cunctis vocabulo deum nomino. Phia. Tum illa cum hec inquit ita ſenties paruam

id eſt coniunxit quod ſupple eſt deus. ordo vero nature tam certus non procederet nec explicaret tam diſpoſitos motus. i. ordinatos motus locis temporibꝰ efficientia ſpacijs qualitatibus niſi eſſet vnus qui idem manens ĩmobiliter diſponeret has varietatuꝫ mutationes. qcquid autẽ hoc eſt quo cõdita. i. creata manẽt agitanẽ. i. mouẽtur. illud vſitato cũctis vocabulo nomĩo deũ. Nota ꝙ bo. innuit tres rationes ꝙ mũdus regaẽ a deo. prima ſumiẽ ex diuerſarꝫ reruꝫ cõiũctione que talis eſt. Diuerſa ⁊ ꝯtraria nõ vniunẽ inuicẽ ꝑ ſe. cũ igitur mũdus vnitus ſit ex ꝑtibus cõtrarijs vt ex elementis oportet vt aliquis ſit vniẽs eas ⁊ hoc eſt deus. ergo mũdus regitur a deo. Hãc rationẽ tãgit ibi. mundus hic. Secũda ratio ſumiẽ ex cõtrariorꝫ ſimul cõiunctorꝫ cõſeruatione que talis eſt. diuerſa ⁊ cõtraria ex ꝓprietate ſue nature diſſocianẽ ab inuicẽ niſi ab aliquo conſeruentur: ſed ꝑtes mũdi ſunt diuerſe ⁊ contrarie ergo ⁊c. hanc rationẽ tãgit ibi. Coniuncta vero. Tertia ratio ſumiẽ ex ordinata motuũ diſpoſitione que talis eſt. nihil certitudinaliter ⁊ regulariter moueẽ ſecundũ diſpoſitionẽ loci tẽporis efficiẽtie ſpacij ⁊ qualitatis niſi ſit vnũ rectificãs ⁊ regulãs. ſed motus corꝫ qui ſunt in mũdo fiũt regulariter ſcđm predicta quinqꝫ. ergo neceſſe eſt ponere rectificationẽ ⁊ regulãtem quod eſt deus. ergo mundus regitur a deo. Hanc rationeꝫ tangit ibi. Non tam vero certus. Notandũ ꝙ regulares motus fiunt in mũdo locis q̃tuꝫ ad ꝓximationẽ ⁊ elongationẽ ſolis in obliquo circulo. fiunt etiam temporibus q̃tum ad variationẽ diei ac noctis. fiunt efficientia quia luna efficit augmentationẽ ⁊ diminutioneꝫ humidorꝫ ſecundũ ſui creſcentiã ⁊ decreſcentiã ⁊ efficit fluxum ⁊ refluxum maris. fiunt etiam ordinati motus ſpacijs. quia luna ⁊ alij planete maiori ⁊ minori ſpacio quãdoqꝫ diſtant a ſole ⁊ abinuicem. etiam fiunt qualitatibus. quia in eſtate cauſaẽ calor. in hyeme frigus. Tum illa cum hec inquit ita. Hic phia ſuppoſito ꝙ mũdus regatur a deo: probat ꝙ regatur ab ipſo per ſuam bonitatem: ⁊ dicit. O Boeti cum hec ita ſentias ꝙ mundus regitur a deo puto mihi reſtare paruam operam. i. paruum laborem

mihi reſtare operaȝ puto. Vt felicitatis cõpos patriaȝ ſoſpes reuiſas: ſed que ꝓ poſuim⁹ intueamur. Nõne in btitudīe ſufficiẽtiaȝ numerauim⁹. deũqȝ beatitu dinẽ ipſam eſſe cõſenſim⁹: B. Ita quid P. et ad mũdum igitur inquit regẽdũ nullis extrinſecis adminiculis ĩdigebit alioquin ſi quo egeat plenã ſufficientiã nõ hẽbit. B. Id inq̃ȝ ita eſt neceſſariũ. P. Per ſe igitur ſolũ cuncta diſponit B. Negari inq̃ȝ nõ põt. P. Atqui de⁹ ipſuȝ bonũ eſſe mõſtrat⁹ eſt. B. memini inq̃ȝ. P. Per bonũ igiť cũcta diſpõit Siquidẽ ꝑ ſe regit oĩa que bonũ eẽ cõceſſim⁹ ⁊ hic eſt veluti quidã clau⁹ atqȝ gubernaculuȝ quo mundana machina ſtabilis atqȝ incorrupta ſeruatur. Boe.

vt tu compos id eſt potens felicitatis ſoſpes id eſt ſanus reuiſas patriaȝ id eſt cognoſcas beatitudineȝ. Tunc ꝓbat ꝙ deus regat mundũ ſua bonitate. d. intueamur que ꝓpoſuimus nonne numerauimus ſupra in nona ꝓſa in beatitudine eſſe ſufficientiaȝ ⁊ conceſſim⁹ deum eſſe ipſam beatitudinẽ. dicit Boe. Ita eſt inqȝ. ex hoc concludit phĩa deum nullo indigere ad regendũ mundũ. dicit ergo. ad mundũ regendũ deus nullis extrinſecis adminiculis indigebit. alioquin ſi ita eſſet ꝙ aliquo egeat non habebit plenã ſufficientiã. ⁊ dicit. B. illud inqȝ eſt neceſſariũ. ideo cõcludit phĩa. deus cuncta diſponit id ẽ regit ꝑ ſe ſolum. dicit Bo. negari nequit. ſed deus monſtrat⁹ eſt eſſe ipſum bonuȝ. memini inqȝ. d. Boe. ergo per bonum deus cuncta diſponit ſiquidem per ſe regit omnia quẽ conceſſimus eſſe bonuȝ: ⁊ hic eſt deus veluti quidam clauus atqȝ gubernaculum quo machina mundi ſeruatur ſtabilis ⁊ incorrupta. dicit Boe. vehementer id eſt valde aſſentior. ⁊ illud te dicturam paulo ante proſpexi. licet eñ ſuſpitiõe. Dicit philoſophia. Credo inqȝ ꝙ hec prouidiſti. iam eñ arbitror vigilantius qȝ prius deducis oculos ad vera cernenda. Notandum ꝙ ex littera accipiuntur due rationes ad probandum intentum. Prima probat ꝙ deus per ſe regit omnia ⁊ taliter. In beatitudine eſt ſumma ſufficientia. ſed deus eſt beatitudo. ergo in deo eſt ſumma ſufficientia. tale autem non indiget extrinſecis gubernaculis. ergo deus per ſe regit omnia. Secunda ratio probat ꝙ deus per ſuam bonitatẽ que non diſtinguitur a deo regit omnia ſicut deus per ſe regit omnia vt viſum eſt. ſed deus eſt ipſum bonuȝ: ergo per bonum regit omnia. vt patet de ſe quia ſua bonitate ⁊ clementia. Sed quod dicam. hic ponit per quem modum deus gubernat. Et primo oſtendit ꝙ omnia gubernat ſuauiter. quia omnia ſibi obediunt. Secundo quia probat omĩa fortiter q̄r nihil ſibi reſiſtere poteſt. ſecunda ibi. Quid ſi conetur. Primo dicit. illud quod dicaȝ. non minus patet ad contuendum id eſt ad deſiderandum. Et dicit Boetius. quid inqȝ. Et dicit philoſophia. Cum deus iure credatur omnia gubernare clauo bonitatis ſue ⁊ omnia feſtinent naturali intentione ad bonum ſicuti docuit prius proſa decima: non poteſt dubitari quin voluntarie regatur id eſt ſponte ⁊ conuertatur ſe ad nutum diſpo

nentis tanq̃ conuenientia id eſt obedientia ⁊ contemperata id eſt coaptata ſuo recto
ri.dicit Boe.Ita inq̃ neceſſe eſt.quia non videretur bonum regimen ſi foret iugum
detractiuum id eſt recuſatiuum ſicut bos laſciuiens recuſat iugum. ⁊ ſi non eſſet ſa
lus obtemperantium id eſt obedientium.ergo dicit philoſophia.nihil eſt quod natu
ram ſeruans conetur id eſt laborat contrarie deo.d.Boe.Nihil inq̃.

Vehementer aſſentior inquam et id te pauloante dicturã tenui licet ſuſpitiõe proſperi. P.credo inquit.iam enim vt arbitror vigilantiꝰ ad cernẽda vera oculos deducis.Sed quod dicã nõ minus ad contuendũ patet. B.Quid inquã P.cũ deꝰ iquit oĩa bonitatis clauo gubernare iure credat̃ eademq; oĩa ſicuti docui ad bonũ naturali itentiõe feſtinẽt

Nota ꝙ cum gubernare nihil aliud ſit niſi in finem ordinare:nec aliud eſt deum per bonitatem gubernare q̃ per bonitatẽ in finẽ dirigere⁊ cum omnia naturaliter tendant ad bonum tanq̃ in finẽ:manifeſtum eſt ꝙ omnia ſponte in finem diriguntur.⁊ ita naturaliter omĩa ſponte obediunt gubernatori ⁊ per conſequens deus regit omnia ſuauiter.

Notandum ꝙ voluntarium ſecundum perfectam ſui rationem tantum inuenit̃ in habentibus voluntatẽ. ſed extẽdẽdo voluntariũ ad omnẽ appetitum non coactũ ſic poteſt reperiri in omnibus.⁊ ſic accipitur hic. Nota ꝙ nihil ſeruans naturam repugnat deo.licet eñ peccator videatur deo repugnare ipſe non ſeruat naturã qa peccatũ diminuit ⁊ deprauat naturã.etiã Boe.loquit̃ hic de appetitu nature.vt patet ex ſuperioribus.Quid ſi conetur ait num.⁊c.Hic oſtẽdit phĩa ꝙ deus regit oĩa fortiter.qr nihil eſt qd̓ poſſit ſibi reſiſtere.ſecundo confirmat hoc per quandã fabulã.ibi. Accepiſti.primo dicit.Si quid conetur reſiſtere deo nũquid aliqd ꝓficiet aduerſus eum quẽ conceſſimꝰ eſſe potentiſſimũ iure beatitudinis.i.ex eo ꝙ eſt beatitudo.dicit boe.prorſus nihil poteſt reſiſtere.igitur dicit phĩa.non eſt aliquid qd̓ huic ſummo bono vel velit vel poſſit reſiſtere.d.boe.non arbitror.ideo dicit phĩa.ſummũ bonuʒ eſt qd̓ regit cuncta fortiter ſuauiterq; diſponit.d.boe.q̃ id eſt q̃tum me ea ſumma rationũ que modo concluſa eſt nonmodo id eſt non tantummodo me delectat:verum ꝓ ſed ipſa quibus vteris multomagis delectant me ita vel ſtulticiã id eſt me ſtultum lacerantẽ id eſt mala reprehẽdentẽ magna que tangũt diuinã gubernationẽ pudeat ſui tunc cõfirmat per fabulã ꝙ nihil poteſt reſiſtere deo.que talis eſt.Gigantes volẽtes expellere deos de celo poſuerunt montẽ ſup montẽ vt aſcenderent.qd̓ vidẽs iupiter ipſos fulmine deiecit ⁊ montibus depreſſit.⁊ hec in ſecundo methamorfoſeos. Unde dicit.o Boeti Accepiſti id eſt didiciſti in fabulis gigantes laceſſantes id eſt lacerare volentes celum.ſed fortitudo benigna ſcilicet dei illos diſpoſuit id eſt depoſuit vti condignuʒ fuit. Nota philoſophia hic alludit verbis ſacre ſcripture que dicit. Attingit ergo fine vſq; ad finem fortiter.⁊ diſponit oĩa ſuauiter.ideo dicit.B. ſe nõ tantũ delectari in iſtis rationibus q̃tuʒ in ſuis verbis.Sed vis ne rationes ipſas inuicem.Hic phĩa cõcludit ex dictis ꝙ malũ nihil ſit.primo petit aſſenſuʒ Boe.dicens

vis ne ipſas rationes.i.propoſitiones ratione probatas inuice3 colliſdamus .i.cōponamus forſitan ex conflictatione huius diſſiliet id eſt procedat queda3 pulchra ſcintilla veritatis.ꝛ dicit Boetius fiat inq3 tuo arbitratu id eſt tua voluntate. Tunc ponit propoſitionem manifeſtam dicens.nemo dubitauerit deum eſſe omnipotentem. dicit Boetius.nullus prorſus ambigat qui mente conſiſtat id eſt qui ſane mentis eſt tunc aſſumit alia3 propoſitionē dicens. qui vero eſt oīpotens nihil eſt qd ille non poſſit.d. Bo.nihil inq3.tunc ponit aliam propoſitionē. deus non poteſt facere malū. dicit boe.minime igitur.cōcludit phīa.malum nihil eſt cum illud facere non poſſit ille qui nihil nō poteſt facere id eſt omīa facere

Nota ſicut de9 ē cauſa efficiens oīm ita eſt finis oīm.vnde quicqd fit ab eo ordinat̄ ad ipſum tanq3 ad fine3.ſi ergo deus faceret malū ordinaretur ad ipſu3 tanq3 ad finem.ꝛ cum ipſe ſit bonū malū ordinaret̄ ad bonū ergo de9 non poteſt facere malu3 tanq3 aliquid ꝑ

Num dubitari poteſt quin voluntarie regantur.ſeq3 ad diſponētis nutū veluti conuenientia contemperataq3 rectori ſponte conuertant. Boetius. Ita inq3 neceſſe eſt.nec beatu3 regimē eſſe videretur ſiquidē detractātiu3 iugum foret non obtemperantium ſalus. P. Nihil eſt igitur quod naturam ſeruans deo cōtraire conetur. Boeti9. Nihil inq3. P. Quid ſi conetur ait. num tandem proficiet quicquā et aduerſus eum que3 iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus. B. Prorſus inquā nihil valeret. P. Nō eſt igitur aliquid qd ſummo huic bono vel velit vel poſſit obſi

ſe intentum.eſt ergo concluſio quā phīa infert ꝙ malū nihil eſt.ratio concluſionis eſt deus poteſt facere omne quod eſt cum ſit omnipotens:ſed deus nō poteſt facere malum ergo malum nihil eſt.Et ſi diceres ſi malum nihil eſt cum homo damnetur pro malo damnatur pro nihilo.dicendum ꝙ malū dicit defectu3 boni nō negatiue ſ3 priuatiue.ꝛ ideo malum eſt defectus boni qd deberet habere in poteſtate hoīs eſt illud habere.ꝛ ſi nō habeat illud bonū cū deberet hr̄e. ideo damnatur.ꝛ ponitur exemplū Aliquis tenetur ſoluere centum libras ꝛ ſi non ſoluat incarcerabitur certu3 eſt ꝙ nō ſoluere non eſt aliquid ſed nihil:non tamen ſimpliciter dicitur aliquis incarcerari ꝑ nihilo.ſed ideo quia nihil erat quod debuit aliquid eſſe. Ludis ne inquā. Hic Bo. mouet queſtionem philoſophie. Secūdo philoſophia ſoluit ibi.tum illa. Primo bo. admirans de connexione ꝛ conuolutione rationum quibus philoſophia vſa eſt. Querit vtrū iſta cōnexio rationū ſit ex deluſione phīe vel proueniat ex natura rei .et breuiter illas rationes recolligit ꝛ dicit. O phīa ludis.i.deludis ne me texens.i.formans laborintum.i.laborem difficilem rationib9 faciēdo rationes circulares quo ſc3 laborinto egrediaris ea pte qua introieras ꝛ egrediare eo loco quo introieris. tu cōplicas quidē orbē admirabilē diuie ſimplicitatis.i.facis mirabilē circulationē rōīs in diuina ſimplicitate.ꝛ tūc breuiter recolligit ratiōes dicēs.tu pauloante incipiēs a be

atitudine dicebas eam eſſe ſummum bonum quam beatitudinem tu loquebare eſſe ſitam in ſummo deo ⁊ diſſerebas deũ eſſe ſummũ bonũ ⁊ plenam beatitudinẽ ex quo dabas id eſt inferebas quaſi munuſculũ .i. coꝛrelariũ neminẽ eſſe beatũ niſi eſſet de⁹ rurſum tu loquebaris foꝛmam boni eſſe ſubſtantiã dei ⁊ beatitudinis ⁊ dicebas ip̄m vnum eſſe idipſum qd̕ bonũ ⁊ illud bonũ dicebas eſſe quod appeteret a natura oĩm

ſtere. B. Nõ inq̄ʒ arbitroꝛ. P. Eſt igitur ſummũ bonuʒ inquit qd̕ regit cũcta foꝛtiter ſuauiterqʒ diſponit. B. tũʒ ego qʒ inq̄ʒ nõmodo ea q̄ cõcluſa ſũma ratõnuʒ verũ multomagis hec ipſa quibus vteris verba delectãt vt tandẽ aliquã do ſtulticiã magna lacerantẽ ſui pudeat P. accepiſti inquit in fabulis laceſſantes celũ gigantes ſed illos quoqʒ vti cõdignũ fuit benigna foꝛtitudo diſpoſuit Sed vis ne rões ipas inuicẽ collidam⁹ foꝛſitã ex hmõi cõflictatõe pulchꝛa quedã veritatis ſcintilla diſſiliat. B. tuo inqʒ arbitratu. P. deũ iquit eẽ oipotẽteʒ nemo dubitauerit. B. Qui quidẽ inq̄ʒ mente cõſiſtat null⁹ pꝛoꝛſus ãbigat. P Qui vero eſt inquit omnipotens nihil eſt qd̕ ille nõ poſſit. B. Nihil inq̄ʒ. P. Num igitur de⁹ facere malũ non poteſt B. minime inqʒ. P. malũ igitur iquit nihil eſt cuʒ id facere ille non poſſit/ qui nihil nõ poteſt. B. Ludis ne inq̄ʒ me inextricabilẽ laboꝛintuʒ rationib⁹ texens que ne quidẽ qua egrediaris introeas. nũc vero quo introieris egrediare. Ad mirabilẽ quãdã diuine ſimplicitatis oꝛbem cõplicas. Eteni pauloante a beatitudĩe incipiẽs eam ſummũ bonũ eſſe dicebas quam in ſummo deo ſitam loque

reruʒ. ⁊ tu diſputabas id eſt diſputando ꝓbabas deum regere vniuerſitateʒ gubernaculis bonitatis ⁊ cuncta volentia parere .i. obedire deo nec vllam eſſe naturam mali. ⁊ hec oĩa explicabas nullis rationib⁹ ſumptis extrinſecus id eſt non accipiendo pꝛincipia extrinſeca ſed inſitis .i. intrinſecis ⁊ domeſticis .i. ꝓpꝛijs ⁊ cõuenientibus pꝛobationibus rei de qua agebat altero aſſumpto trahente fidem id eſt certitudinẽ ex altero. Nota laboꝛintus dicebat dom⁹ dedali quaʒ cum aliquis intendebat intrare exiuit ⁊ exeundo intrauit ⁊ cõſueuit depingi circularibus ꝓtractionib⁹ ⁊ tranſumitur hic ad deſignandum circulationes ⁊ reuolutiones rationum.

Nota ꝙ circũlocutio ⁊ cõnexio rationũ quibus philoſophia vſa eſt non eſt ſic circularis ꝙ vna ⁊ eadem pꝛopoſitio ſit pꝛincipium ⁊ concluſio reſpectu eiuſdem: quia ſic non contingit demõſtrare circulo. vt patʒ pꝛimo poſterioꝛuʒ. ſed dicitur connexio circularis quia rationes ex ſeinuicem dependent. ita ꝙ

pꝛopoſitio concluſa vna ſit pꝛincipium alterius cõcluſionis in alia nec pꝛopter iſtas diuerſas concluſiones eſt aliqua diuerſitas in deo ſed omnia ſunt idem ſimpliciter. Tum illa minime inquit. Hic philoſophia reſpondet. B. ad queſtionez ⁊. d. minime ludimus ſed nos exegimus id eſt perfecimꝰ munere dei quem dudũ depꝛecabamur rem maximam omnium rerum. ea enim id eſt talis eſt foꝛma id eſt diſpoſitio diuine ſubſtantie vt neqꝫ in externa id eſt exterioꝛa dilabatur id eſt cadat nec ſuſcipiat aliqd extrinſecuz in ſe. qꝺ pꝛobat auctoꝛitate Permenidis quaꝫ pꝛimo ponit in greco. deinde ſenſuꝫ eius ſubiungit in latino dicẽs Sed ſicuti pmenides ait de ea ſcꝫ ſubſtantia diuina ꝙ diuina ſubſtãtia rerum oꝛbem mobilẽ rotat id eſt mutat res circulatione generationis ⁊ coꝛruptionis ⁊ mutãdo res ipſa non mutaᷓ ſed ſe immobilẽ cõſeruat. O boeti nos agitauimꝰ id ẽ cognouimꝰ rationes non extra. i. nõ ab extrinſeco petitas. i. ſumptas. ſed collocatas intra rei ambitum quã rem tractauimꝰ. Nihil eſt ꝙ de hoc ammireris cum. i. ex quo tu didiceris Platone ſanctiente. i. cõfirmãte ſermones opoꝛtere eſſe cognatos. id eſt ꝓpꝛios cõueniẽtes rebus de quibꝰ ſupple rebus loquunᷓ. Nota ꝙ ſermones accipiẽdi ſunt ſcꝺm materiã ſubiectã: qꝛ certitudo non eſt ſimpliciter querẽda rationibuſ ex pꝛimo ethicoꝝ. vbi dicitur ꝙ diſciplinati eſt tantuꝫ inquirere certitudinẽ ſecundũ vnũqꝺqꝫ genus q̃tũ natura rei patitur. Cum igitur deus ſic regat omnia pꝛeter hoc ꝙ cõmiſceatur cuꝫ eis ex libꝛo de cauſis: ſermones de diuina ſubſtantia accipiendi ſunt ſecundũ intranea

bare ipſum quoqꝫ deum ſummũ eſſe bonum plenãqꝫ beatitudinem diſſerebas ex quo neminẽ beatuꝫ foꝛe niſi qui pariter deus eſſet quaſi munuſculuꝫ dabas. Rurſus ipſaꝫ boni foꝛmã dei ac beatitudinis loquebaris eſſe ſubſtantiã: ipmqꝫ vnũ idipm eſſe bonũ dicebas qꝺ ad oium rerũ naturã peteretᷓ. Deũ quoqꝫ bonitatis gubernaculis vniuerſitatẽ regere diſputabas: volẽtiaqꝫ cuncta parare illi nec vllã mali eſſe naturam atqꝫ hec nullis extrĩſecus ſumptis. ſed altero ex altero fidẽ trahẽte inſitis domeſticiſqꝫ pꝛobationibus explicabas. P. Tum illa minime inquit ludimꝰ rẽqꝫ oim maximam dei munere quẽ dudũ depꝛecabamur exegimꝰ. Ea eſt ei diuĩe foꝛma ſubſtãtie vt neqꝫ in externa dilabaᷓ nec ĩ ſe externũ aliqꝺ ipa ſuſcipiat. Sꝫ ſicut de ea permenides ait. oẽꝫ tu circulo adducis ſponte multitudinẽ id eſt rerũ oꝛbeꝫ mobilẽ rotat dũ ſe imobilẽ ipa cõſeruat Quod ſi rõnes quoqꝫ nõ extra petitas: ſed intra rei quã tractabamus ambitum collocatas agitauimus: nihil eſt quod ammirere cuꝫ Platone ſanctiente didi

diuine ſubſtantie⁊ non ſecundum extranea cum non cōmiſceatur cum eis.

ceris cognatos de quibus loquūtur re-
bus oportere eſſe ſermones.

Metrum duodecimum tertii libri:

Elix qui potuit boni fontem vi-
ſere lucidū. Felix qui potuit gra
uis Terre ſoluere vincula. Quondaꝫ
funera cōiugis Vates traicius gemēs
Poſtq̄ꝫ flebilibus modis Siluas cur-
rere mobiles: Amnes ſtare cogerat:
Juſſitqꝫ intrepidū latus Seuis cerua
leonib⁹. Nec viſuꝫ timuit lepus: Jam
cantu placidum canē. Cum flagrātior

Metrum duodecimum tercij libri.
Elix qui potuit boni fontem viſere. Jſtud eſt duodecimū metrū ⁊ vltimū
f huius tertij quod dicitur gliconicū ab inuentore. coriambicuꝫ a pede pre
dominante. Primo em̄ ponitur ſpondeus dicendo felix. Secundo coriā
bus dicēdo. Qui potuit
tercio pirricheus vel tro
che⁹. Jn quo metro poſt
q̄ꝫ phia oſtēdit que ſit ve
ra beatitudo ⁊ vbi ſit ſita
hortatur nunc ad perſe-
uerandum in contempla
tione illius beatitudinis.
Et primo ponit illuꝫ eſſe
felicem qui relictis terre
nis vacat diuine cōtem-
plationi. Secundo oſten
dit quid huiuſmodi con
templationem impediat.
Tercio illud impedimē-
tum vitare docet. Secun
da ibi quondam. Tertia
ibi. nos hec fabula. Pri-
mo dicit. felix ſupple eſt
qui potuit viſere id eſt de
ſideranter videre lucidum fontem boni id eſt deum qui eſt fons omnis boni. ⁊ fe-
lix eſt qui potuit ſoluere vincula id eſt affectiones grauis terre id ē terrenoꝝ que ſua
grauitate trahunt hominem deorſum. Notandum ꝙ felix eſt qui ſpecula-
tur fontem boni ⁊ qui contemnit delectationes terrenas. Unde in libro de pomo ⁊
morte Ariſtotelis ſcribitur. beata eſt anima que non eſt infecta prauis operationibus
huius mundi ⁊ intellexit ſuum creatorem. ipſa eſt que reuertetur in locum ſuum
in delicijs magnis. ve autem anime que non habet poſſe redeundi ad patriam ſuam
turpia em̄ opera ⁊ delectationes corporales impediunt aſcenſum eius ſurſum.
Quondam funera coniugis vates. Hic oſtendit quid impediat contemplationem di
uinorum: quia affectus terrenorum. quod declarat per quandam fabulam que talis
eſt. Orpheus caliope fuit citbariſta qui tam dulcedine citbare reſonabat ꝙ non tan
tum homines ſed etiam bruta allexit: ⁊ in tantum ea demulſit ꝙ impetus ſuos natura
les dimittebant. ſiluas currere. flumina ſtare fecit. hic habuit vxorem dictam Euridi
cem quaꝫ cum paſtor Ariſteus adamare vellet ipſa fugiens ꝑ prata calcato quodā
ſerpente interijt ⁊ ad inferos deſcendit. quam Orpheus volēs ab inferis reducere
deos ſupernos ſua citbara placare cepit. ſed cū non proficeret ad infernū deſcendit
⁊ in tantū deos infernales deliniuit ꝙ ⁊ ꝯceſſa eſt ei vxor tali ꝯditōe ꝙ anteq̄ꝫ exiret
infernū nō flecteret retro aſpectū vxorē reſpiciēdo. Cuꝫ aūt iam ꝓpe exiuiſſet orphe⁹
greco que tantum ſonat in latino Corpus viri ſacri edificauerunt virtutes ſupple preſeruãdo ipſum ab aduerſis. Nota q᷑ ſcḋa cauſa quare aliquibus non aduenit aduerſa eſt excellens ſanctitas ipſorum. ſicut enim deus excellenter malos non tãtum punit in futuro ſed etiam in preſenti: ſic aliquos excellenter bonos non tantũ premit in futuro. ſed in preſenti ab aduerſitate cuſtodit. Notandum quare philoſophia dicat quidam excellentior me dicit cum nullus ſit excellentior philoſophia. dicendum q᷑ litera ſic deb; exponi. Nã quidam phũs excellentior aliis philoſophis me id eſt pro me philoſophiã dicit. Fit autem ſepe. hic oſtendit quare bonis ſepe cõtingãt bona dicẽs. Fit autem id eſt re contingit ſepe vt ſumma rerũ gerenda .i. principatus gerendi res deferatur .i. concedatur probis non tantum propter vtilitatẽ bonorum hominum ſ; vt improbitas exuberãs id eſt abundans malorum retundatur id eſt compeſcatur vel reprimatur. Tunc aſſignat cauſam quare bonis quandoq; contingant mala dicens. Aliis id eſt bonis deus diſtribuit quedam mixta id eſt nunc bona nũc mala pro qualitate animorũ quoſdã enim bonos de⁹ remordet aduerſitatibus vt luxurient id eſt ſuperbiant longa felicitate id eſt proſperitate. Alios bonos patitur agitari id eſt vexari duris id eſt aduerſitatibus vt virtutes animi ipſorum cõfirmet vſu et exercitatiõe patientie vt patet in Job. Alii plus eq̃ metuũt quod bñ ferre poſſunt. ſicut Thomas formidauit ingreſſum indie dicens. Domine mitte me quo vis preterq̃ ad indos. Alii plus equo deſpiciunt quod ferre non poſſunt quia quaſi preſumendo deſpiciunt temptationes quas tamen ferre non poſſunt vt ſanctus petrus qui dixit. Et ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. qui ad temptationem et accuſationem ancille chriſtũ negauit. hos vtroſq; ducit id eſt temptat triſtibus id eſt aduerſitatibus in experimentum ſui id eſt in recognitionem ſui vt ſciant quid poſſint et quid non poſſint

Quidã ſuppliciis iexpugnabiles exẽplum ceteris pertulerunt inuictã maliſ eſſe virtutẽ. Que q̃ recte atq̃ diſpoſite ⁊ ex eoꝝ bono quibꝰ accedere videntur fiant: nulla dubitatio eſt. Nam illð quoq̃ qð improbis nũc triſtia nũc optata ꝓueniunt ex eiſdẽ ducitur cauſis. Ac de triſtibus quidẽ nẽo mirat̃ ꝙ eoſ malo meritos omnes exiſtimãt quoꝝ quidem ſupplicia. tum ceteros a ſceleribus deterrent. tum ipſos quibꝰ inuehũtur emendant. Leta vero magnũ bõis argumentum loquunt̃: quid de huiuſmodi felicitate debeant iudicare quã famulari ſepe improbis cernuut.

⁊ nonnulli id eſt aliqui emerunt precio mortis venerandum nomen ſeculi ſicut martyres. quidam inexpugnabiles ſuppliciis pertulerunt ceteris exemplum virtutem eſſe inuictam a malis. que omnia q̃ recte ⁊ diſpoſite fiant ex eorum bono quibus accedere videntur nulla eſt dubitatio. Notandum ꝙ quidam plus timent q̃ timere deberent aliquam aduerſitatem. de quibus dicitur in pſalmo. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. talibus deus immittit aduerſitates quibus reſiſtunt: vt cognoſcant ſe gratia dei poſſe reſiſtere ei qð timebant. Alii autem preſumentes de propriis viribus deſpiciunt temptationes quaſi potentes reſiſtere eis. illis deus temptationem immittit ⁊ permittit eos ſuccumbere vt cognoſcant q̃ fragilis ſit humana natura ſine diuina gratia. Nam illud quoq̃. Hic aſſignat cauſas q̃re malis quandoq̃ bona quandoq̃ mala contingant. ⁊ primo oſtendit q̃re malis contingant mala. ſecundo quare bona: ibi. Leta vero. primo dicit. Ex eiſdem cauſis dicitur id eſt probatur ꝙ improbis nunc proueniũt triſtia nũc optata. ſed de triſtibus que malis eueniunt nemo miratur. quia omnes exiſtimant eos ſcilicet malos eſſe meritos id eſt dignos malo quorũ malorũ ſupplicia ceteros deterrent id eſt terrore retrahunt a ſceleribus ⁊ ipſos malos emẽdant quibus inuehuntur ſupplicia. Notandum ꝙ philoſophia innuit tres cauſas quare malis eueniunt mala. Prima eſt quia omnes homines eſtimant eos dignos malo. Secunda quia per ſupplicia malorum alii a malo retrahuntur. Tertia cauſa ẽ quia mali ſuppliciis emendantur. Leta vero magnum bonis argumentum loquuntur. Hic aſſignat cauſas quare malis bona eueniant. Secundo ſoluit tacitam obiectionem: ibi. Nam vt probis. primo dicit. Leta vero id eſt proſpera que malis eueniunt. loquuntur id eſt iudicant bonis magnum argumentum quid iudicare debent de huiuſmodi felicitate quam ſepe cernunt famulari improbis. habent enim probi ex hoc certiſſimum argumentum ꝙ illa non eſt vera felicitas que malis aduenit ſed falſa deceptio. Tunc aſſignat primam cauſam quare deus malis concedit bona ⁊ proſpera qui quidem mali per proſpera preſeruantur a peioribus ſceleribus ne fiant fures vel raptores. ⁊ dicit. In qua re ꝙ malis eueniãt proſpera illud credo diſpenſari. id eſt diſpenſatione ordinari: ꝙ forſitan natura alicuius mali eſt tam preceps ad maluꝫ

⁊ importuna vt inopia rei familiaris id eſt paupertas poſſit eum exacerbare id eſt prouocare ad ſcelera.ſ. ad furtum vel ad rapinam cuius morbo diuina prouidentia medeatur remedio collate pecunie. tūc aſſignat ſecūdam cauſam talem ꝙ ideo malis eueniunt proſpera vt proſperitate emendent vitam quam timentes ne propter maliciam amittant proſperitatē. vnde dicit. Hic.i. aliquis malus ſpectans.i. cōſiderans conſciam ſuā fedatā probris id eſt maculatā vicijs ⁊ ipſe cōparāſ ſecū fortunā.i. proſperitatē ſuā forſitan pertimeſcit vt cuiꝰ rei ſcilicet proſperitatis iocūdꝰ eſt ei vſus illius fiat triſtis amiſſio: ⁊ dū metuit amittere fortunā derelinquit nequiciaꝫ Tunc ponit tertiam cauſaꝫ dicens alijs malis aduenit proſperitas vt incidant maiorem miſeriam aduerſitatis: quia ſicut dictum fuit ſecundo libro ꝓſa q̄rta. In omni aduerſitate fortune infeliciſſimum genus infortunij ē fuiſſe felicem. vnde dicit in littera ꝙ felicitas indigne aucta. Alia littera habet acta id eſt inducta

In qua re illud etiaꝫ diſpenſari credo ꝙ forſitan alicuius tam preceps atq; importūa natura ē: vt eum in ſcelera potius exacerbare poſſit rei familiaris inopia cuius morbo ꝓuidētia collate pecunie remedio medetur. Hic fedatam ꝓbris conſcientiā ſpectans ⁊ ſecuꝫ fortunam ſuam comparans forſitan pertimeſcit ne cuius ei iocundus vſus eſt ſit triſtis amiſſio. Mutabit igitur mores: ac dū fortunam metuit amittere nequiciam derelinquit. Alios ī cladē meritā ꝑcipitauit indigne acta felicitas. Quibuſdā permiſſū puniendi ius vt exercitium bonis ⁊ malis eſſꝫ cauſa ſupplicij

alios malos precipitat in meritam cladem id eſt miſeriam. et addit ꝙ quibuſdaꝫ malis permiſſum eſt id eſt conceſſum eſt ius puniendi id eſt poteſtas vt ſit bonis cauſa exercitij in virtutibus ⁊ paciencia ⁊ malis ſit cauſa ſupplicij. Nota ꝙ felicitas quoſdam precipitat in cladem aduerſitatis. vnde Samarieñ. Promouet iniuſtos fortuna volubilis vt quos. ſcandere precipites fecit ad yma rotet. Nā grauiore ruit turris tumefacta ruina. ⁊ grauius pulſat alta cypreſſus humum. Et notandum ꝙ boni per aduerſitates in virtutibus ⁊ paciencia exercentur. vnde idem pauper Henricus. Aſpera ferre decet naturam aſpera mentem. ⁊ bene matura plenius vua ſapit per nimios eſtus gelidas trāſitur ad vndas. Sicq; per oppoſitum dulcia querit homo. Nam vt probis atq; improbis. hic ſoluit quandā obiectionem. ſcđo infert quandam concluſionem. ibi. ex quo ſepe. primo dicit. Aliquis diceret dixiſti ꝙ malis ē cōceſſum ius puniendi vt ſint cauſa ſupplicij alijs malis. hoc non videtur veruꝫ: quia malus nō punit malū cū ſint ſimiles. hoc ſoluit phīa di. Sicut probis ⁊ iprobis nullū eſt fedus.i. concordia. q2 ſeper inuicē ꝯtriantur. ita ipſi improbi nequeant inter ſe conuenire. Quid ni.i. q̄re non eēt ita. cū quiq;.i. qlibet mali diſſentiant a ſemetipſis vicijs diſcerpentibus.i. diſtrahentibus conſcientiam ipſoꝝ. ⁊ ſepe mali faciant q̄ cū geſſerint id eſt fecerint decernant id eſt iudicent non fuiſſe gerenda id eſt facienda.

Nã vt probis atqꝫ improbis nullũ fedus eſt ita ipſi inter ſe iprobi nequeunt ɔuẽire. Quid ni cũ a ſemetipſis diſcerpentibus cõſcientiam vicijs quiqꝫ diſſentiãt faciãtqꝫ ſepe q̃ cũ geſſerit nõ fuiſſe gerenda decernant. Ex quo ſepe illa ſumma ꝓuidentia ꝓtulit inſigne miraculum: vt malos mali bonos facerẽt Nam dũ iniqua ſibi a peſſimis quidaꝫ perpeti videntur noxiorũ odio flagrantes ad virtutis frugẽ rediere duꝫ ſe eis diſſimiles ſtudent eſſe quoſ oderant. ſola ẽ eni diuina vis cui mala quoqꝫ bona ſunt. cũ eis cõpetenter vtendo alicuius boni elicit effectũ. Ordo enim quidẽ cuncta cõplectit̃: vt qđ ab aſſignata ordis rõne deceſſerit. hoc licet in alium tamen ordinem relabatur: ne quid in regno prouidentie liceat temeritati. Fortiſſimus in mũdo deus cuncta peregit cum omnia ſecula prouidet ac ꝓſpicit

Notandum ꝙ intantum aliquis eſt bonus inquantũ ſeruat ordinem in vltimum finem qui finis eſt ſũmũ bonum. ⁊ quia illũ fineꝫ in ordinẽ omnes boni ſeruant. ideo omnes boni in eo quod boni ſunt inuicem concordant. mali auteꝫ quia hunc ordinem conſeruãt ⁊ a ſemetipſis diſcordant mutuo ſibi concordare non poſſũt ⁊c. Ex quo ſepe ſũma illa. Hic infert quandã ɔcluſionem dicẽs. Ex quo mali puniũt malos ex hoc diuina prouidẽtia ꝓtulit inſigne miraculuꝫ ſcilice vt mali facerẽt malos bonos. quod đclarat Nam dum quidam mali vidẽtur perpeti iniqua a peſſimis ipſi flagranteſ id eſt ardẽtes odio noxiorũ. i. dãnoꝝ ſuoꝝ ipſi redicre ad frugẽ virtutis id eſt ad vtilitatem dum tales ſtudent ſe eſſe diſſimiles illis malis quos oderant. ⁊ addit ꝙ ſola diuina viſ talis eſt cui mala ſunt bona id eſt cedunt in bonũ ſicut cũ malus facit malum bonum. vnde ſubdit. Cuꝫ deus vtendo cõpetenter malis elicit effectum alicuius boni. Ordo enim fatalis cũcta cõplectitur: vt quod diſceſſerit ab aſſignata ratione ordinis ſcilicet mali relabatur in aliũ ordinẽ ſcilicet boni ne in regno ꝓuidentie dei liceat gđ. i. aliquid temeritati. i. iordinatõi. ⁊ ponit auctoritatẽ in greco que tantum ſonat Fortiſſimus in mundo deus omnia regit. Notandum ꝙ bonum prouenienſ ex malicia improborum non eſt imputandum ipſis improbis. ſed tantum diuine virtuti que nouit ex malis efficere bona: ⁊ licet deus malum dirigat ad bonum ſua intentione ⁊ poteſtate. non tamen homo ideo eſt extra culpam qui illud malum agit mala intentione. Notandum ꝙ alius eſt ordo naturalis. alius ordo a deo prouiſus Ordo naturał eſt vt deum ⁊ proximum diligamus. ordo prouiſus eſt tẽporalis rerũ diſpoſitio que fatũ vocat̃: ⁊ licet ordinẽ naturalem ſepe dimittamꝰ aliqđ plꝰ deo diligendo ⁊ proximũ odiendo: tamen ordinẽ prouiſũ a deo nũq̃ꝫ effugies. q2 nũq̃ꝫ aliter prouenit q̃ꝫ deus prouidet. ⁊ ſi aliqđ recedit ab ordine naturali relabit̃ in aliũ.

Neqȝ eni phas eſt hoi cunctas diuine opere machinas vel ingenio cōprehendere vel explicare ſermone: hoc tantū ꝑſpexiſſe ſufficiat qd̄ naturarum oium proditor deus idem ad bonum dirigēs cuncta diſponat. dūqȝ ea que protulit in ſui ſimilitudine retinere feſtiat. Malum omne de reipublice ſue terminis ꝑ fatalis ſeriem neceſſitatis elimiet: quo fit vt que in terris habūdare credūtur ſi diſponentem prouidentiā ſpectes nihil vſq̄ȝ mali eſſe ꝑpendas. Sȝ video iam dudū te ⁊ pondere queſtionis oneratum ⁊ rationis prolixitate fatigatum aliquam carminis expectare dulcedinē Accipe igitur hauſtuȝ quo refectus firmior in vlteriora contendas.

Metrum ſextum quarti libri.

vt ſi aliqd eſt malū quo ad miſericordiā ipſum eſt bonū in comparatione ad iuſticiam: ita q in regno diuine prouidentie nihil relinquitur temeritati id eſt inordinationi. Neqȝ enim phas eſt hoi. hic philoſophia excuſat ſe de ampliori indagatione cauſaꝝ dicens. Neqȝ eni ē phas hoi ingenio cōprehendere vel ſermone explicare cūctas machinas id eſt cauſas vel diſpoſitiones diuini operis. hoc tantum ſufficiat perſpexiſſe q deuſ proditor id eſt productor omnium naturarū diſponit cūcta dirigens ad bonuȝ Et dū ea q̄ produxit feſtinat retinere in ſimilitudinem ſui id eſt in bono ipſe eliminat id eſt excludit per ſeriem id eſt per ordinē fatalis neceſſitatis omne malū de terminis ſue publice rei id eſt mundi quo fit vt mala credūtur habūdare in terris ſi ſpectes prouidentiam diſponentē nihil perpendas vſq̄ eſſe mali. Tūc inuitat Boe. ad conſolationem metricam dicens. video te eſſe oneratuȝ pondere queſtionis que difficilis eſt et fatigatum prolixitate orationis expectare aliquam dulcedinem carminis. igitur accipe hauſtum dulcedinis metrice quo refectus id eſt recreatus firmior contendas i vlteriora. Nota q dicit malum nuſq̄ eſſe in cōparatione ad diuinā ꝓuidentiā. quia malum non eſt aliq̄ natura nec aliq̄ res. ois enim natura ⁊ res appetit ſuam ꝑfectionem. cū aūt appetibile habeat ratione boni ſi malū eſſet natura ⁊ res appetens ꝑfectionē malū eſſet bonum. Notandū q nullū eſt malū ſimpliciter ⁊ totaliter in mūdo quin in cōpatione ad diuinā prouidentiam habeat rationeȝ boni. vnde expedit multos defectus cōtingere in vniuerſo ne multa bona tollantur. Si enim non corriperetur aer ignis non conſeruaretur: nec vita leonis conſeruaretur niſi occideretur agnus vel aſinus. neqȝ laudaretur iuſticia nec pacientia ſi non eſſet iniquitas. Ex q̄ pȝ q multa in cōparatione ad nos ſunt mala que in comparatione ad diuinaȝ ꝓuidentiam omnia diſponentem ſcd̄m quod melius competūt vniuerſo bona ſunt.

Metrum ſextum quarti libri.

I vis celſi iura tonantis. Iſtud eſt ſextum metrum huius quarti quod ſecundũ quoſdam dicitur adonicum. ſecundum quoſdam archiloicũ ab inuẽtore tetrametrum. dactilicũ a pede pꝛedominãte. In quo metro phia cõmendat diuinã prouidentiã in diſpoſitione rerum. ⁊ primo ex parte rerũ que diuina diſpoſitione regũtur. ſecũdo ex parte dei regẽtis. ibi. Sedet interea. Primo cõmendat diuinã prouidentiaʒ in regimĩe corporum celeſtium. ſecũdo in regimine elementorũ tertio in regimine temporum. quarto in regimine generabilium ⁊ corruptibiliũ. ſecunda ibi. hec cõcordia tẽperat. tertia ibi. his de cauſis. quarta ibi. hec temperies. Primo dicit ſi tu ſolers id eſt ſapiens viſ pura mente cernere iura id eſt regimina quibus mundus regitur celſi tonantis. i. dei aſpice culmina. id eſt altitudines ſummi celi. Illic ſidera ſeruant veterem paceʒ id eſt antiquam cõcordiam quam eis diuina prouidẽtia indidit iuſto federe

I vis celſi iura tonantis Pura
ſolerſ cernere mente Aſpice ſum
mi culmina celi. Illic iuſto federe rerũ
Veterem ſeruant ſidera pacem. Non
ſol rutilo concitus igne Gelidum phe
bes impedit axem. Nec que ſũmo ver
tice mundi Flectit rapidos vrſa me
atus Nunq̃ʒ occiduo lota profundo.
Cetera cernens ſidera mergi Cupit
occeano tingere flãma. Sẽper vicib⁹
tẽporis equis Heſperus ſeras nũciat
vmbras Reuehitqʒ dieʒ lucifer almũ
Sic alternos reficit curſus. Alternus
amor ſic aſtrigeris Bellũ diſcors exu
lat oris. Hec cõcordia temperat equis

quia ſol concit⁹. i. commotus rutilo igne id eſt calore nõ impedit gelidum axem phebes. i. lune nec vrſa que flectit rapidos motus circa polum ſeptentriõalem nunq̃ʒ lota occiduo pfũdo. i. mari occidẽtali cupit tĩgere. i. mergere flammas occeano. i. mari cernẽs cetera ſidera mergi in mare. ⁊ loquit̃ more vulgari. credit enim vulg⁹ ſtellas quãdo occidũt deſcẽdere in mare ⁊ veſper. i. venus ſemp equis vicib⁹ tpis nunciat feras vmbras noctis. ⁊ eadem venus exiſtẽs lucifer reuebit diẽ almũ. i. clarum. Sic eternus amor prouenitẽs ex diuina puidẽtia reficit alternos curſus ſyderũ. ſic i. per talem mutuã ↄcordiam bellum diſcors exulat. i. expellitur ab oris aſtrigeris. i. a regionibus celeſtibus q̃ gerũt aſtra. Notãdum de hac dictione ſolers q̃ ſm Iſido. interpretatur quaſi ſolitus in arte vel vtilis. ⁊ ſic debet ſcribi per duplex l. ſed ſm huguitionem dicit̃ a ſolon qđ ẽ totũ vel multũ ⁊ ars artis quaſi totus vel mult⁹ in arte. ⁊ ſic debet ſcribi per ſimplex l. Notãduʒ q deus magis denoĩatur tonãs a tẽpeſtate tonãdi q̃ʒ ab alia tẽpeſtate. quia maior horror p eã incutitur mẽtib⁹ hoĩum q̃ʒ p aliã. vñ p tẽpeſtatẽ tonãdi hoĩes magis inducunt̃ ad recogitãdã diuinã potẽtiam. Nota q vrſa hñs. vij. ſtellas circa polum ſeptẽtrionalẽ mota nunq̃ʒ occidit ſʒ ſemp nobis apparet. lʒ alie ſtelle nobis oriant̃ ⁊ occidãt. de venere aũt q̃ de nocte ſequit̃ ſolẽ ⁊ de mane lucifer dicta precedit ſolẽ. viſum fuit in libro ſcđo pmo metro

Hecc concordia tempat equis. hic philoſophia commēdat regimen diuine proui-dētie in elementis dicēs. hec concordia proueniēs ex diuina prouidētia tempat ele-mēta equis modis vt humida elemēta pugnātia id eſt cōtraria cedāt ſiccis vicib9. i. viceuerſa: ita ꝙ quandoqꝫ preualeant humida quādoqꝫ ſicca ⁊ ꝙ frigora id eſt elemēta frigida iungant fidem. i. concordiam flammis. i. calidis elementis ne vnum aliud totaliter corrumpat ⁊ hec concordia facit vt pendulus ignis ſurgat in altuꝫ id eſt moueatur ſurſum ⁊ terre graues pondere ſidant id eſt deorſuꝫ reſideant. Tunc commēdat regimē dei circa tempora dicens. hiſdem cauſis id eſt ſimilibus cauſis per diuinam prouidentiam ordinatis annus florifer id eſt in quo abundant flores ſpirat odores ipſo vere id eſt tempore veris repente id eſt incaleſcente. eſtas feruida ſiccat id eſt maturat ce-

Elementa modis vt pugnantia Vi-
cibus cedāt humida ſiccis. Iungāt fi
dem frigora flammis Pendulus ignis
ſurgat in altum Terreqꝫ graues pōde
re ſidant Hiſdem cauſis vere tepenti
Spirat florifer annus odores. Eſtas
cererem feruida ſiccat. Remeat pomis
grauis autumnus. Hiemem defluus ir
rigat ymber. Hec temperies alit ac ꝓ
fert Quicquid vitam ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit ⁊ aufert
Obitu mergens orta ſupremo

rerem id eſt fruges. Autumnus remeat id eſt reuertitur grauis id eſt oneroſus pomis. ymber defluus irrigat hiemem. Tūc cōmendat regimen dei circa generabilia ⁊ corruptibilia dicens. Hec tēperies. i. tēperata diſpoſitio prouidentie diuine alit ⁊ profert quicquid in orbe ſpirat vitā. i. quicquid viuit ⁊ eadem tēperies rapiēs ea que fecit cōdit. i. abſcondit ⁊ aufert ſcilicet ab eſſe mergens orta id eſt producta ſupremo obitu. i. vltima morte. Notandum ſm commentatorem octauo phiſicoruꝫ Primum antiquū nihil facit ſine ſecundo antiquo id eſt celo. ergo prima cauſa generationem ⁊ corruptionē elementoꝝ ⁊ oīum in mundo ⁊ temporum diſtinctionē operatur mediantibus corporibus celeſtibus. Unde in libro de pomo Ariſto. ſcribitur ꝙ creator oīum ſua ſapiētia preparauit ſperas ⁊ in qualibet ſpera ſtellas lucidas ⁊ dedit ipſis virtutem dn̄andi in hoc mūdo. faciendi bonū ⁊ malum. mortem ⁊ vitam. ⁊ incedunt ſtelle ſecundum virtutē ipſis a creatore datam. ſecundum deſiderium ⁊ voluntatem eius in aſcendendo ⁊ deſcendendo nunc de oriente ad occidentē: nunc de occidente ad orientē ſine cōtradictiōe. ⁊ oēs ſtelle ſunt ſicut ſerui domino obediētes. ⁊ curſus ⁊ motus eaꝝ non eſt a ſeipſis nec virtute earum. ſed eſt creator qui facit eas moueri. Sedet interea conditor altus. Hic commendat diuinam prouidentiam. diuinam ex parte regentis dicens. Interea dū res ſic geruntur altus conditor. i. ſummus creator rerum deus ſedet id eſt in ſe imutabiliter manet regens omnia flectit id eſt moderatur habenas reruꝫ id eſt frena exiſtens rex ꝑ ſapientiam gubernationis: dominus per potentiam creationis. fons omnis bonitatis ⁊ origo oīm ⁊ ipſe a nullo lex oīa ligans ⁊ ſapiens arbiter. i. iudex equi. i. eqtatis

omnibus tribuens ſecundum iuſticiaꝫ qui ſcilicet deus omnia regens concitat.i.excitat entia ire.i.procedere ad eſſe motu.i.per motū ⁊ ſiſtit.i.permanere facit ad tp̄s in eſſe retrahens oīa ad non eſſe. ⁊ ipſe firmat p̄ gratiā vaga.i.inſtabilia per naturā Nam niſi deus reuocans rectos ictus id eſt rectum progreſſum qui eſt ab eſſe ad non eſſe cogat id eſt reducat etiam flexos orbes id eſt in quaſdam circulationes ea

Sedet interea conditor altus
Rerūqꝫ regens flectit habenas
Rex ⁊ dn̄s fons ⁊ origo. Lex ⁊ ſapiens
arbiter equi Et que cum motu cōcitat
ire: Siſtit retrahens ac vaga firmat
Nā niſi rectos reuocans ictus. Flexos
iteruꝫ cogat in orbes. Que nunc ſtabi-
lis continet ordo Diſſepta ſuo fonte fa
tiſcant. Hic eſt cūctis continuus amor
Repetūtqꝫ boni fine teneri. Quia nō
aliter durare queūt Niſi ꝯuerſo rurſus
amore Refluant cauſe que dedit eſſe.

que ſtabilis ordo diuine prouidentie continet ipſa diſſepta id eſt ſeparata a ſuo fonte id ē a ſuo principio quod eſt deus fatiſcant id eſt deficiāt ⁊ ad nihilum deueniant. Hic fons eſt communis amor cunctis entibus ⁊ cūcta repetunt id eſt appetunt teneri id eſt conſeruari fine boni id eſt per finem boni: quia res aliter non queunt durare id eſt in eſſe perpetuari niſi conuerſo amore refluant id eſt redeant cauſe id ē ad cauſam primam que dedit eis eſſe per creationē

Proſa ſeptima libri quarti.

Notandum ꝙ entia reguntur a deo per quandam circulationem ſecundum quam quodammodo perpetuatur in eſſe. verbigratia. deus diſpoſuit ſic res vt ex ſemine proueniat herba ⁊ econuerſo ex herba producatur ſemen. ſic in generatione elementorum fit quidam circulus dum ex aere generatur ignis ⁊ iterum ex igne aer. Item in creaturis rōnabilibus que progrediuntur a deo productione nature fit iterum reflexio ad ipſum deum per reductionē gratie: vt ſic nihil permaneat in rebus ens ⁊ perfectum niſi p̄ quādā circulationem. ⁊ hoc innuit phīa in littera. Notandum ꝙ finis ad quē omīa natura ī appetitu tendunt eſt ip̄m ſūmū bonū quod eſt deus. hūc finē ſubſequūtur rationabiles creature per operationem intellectus ⁊ voluntatis. ſed irrationales creature conſequuntur ipſum ſolum per hoc quod ipſum repreſentant per quandam participationē eſſendi: ⁊ ideo eodem appetitu tendit in ſuum vltimum finem ⁊ hoc innuit in littera cum dicit hic eſt cunctis cōmunis amor.

Proſa ſeptima quarti libri.

Iam igitur vides. Iſta eſt ſeptima ⁊ vltima proſa huius quarti in qua Philoſophia deducit quandam concluſionem ex premiſſis. Et primo facit hoc. Secundo ſubiungit quandam exhortationem. Secunda ibi. Quare inquit. Primo ponit concluſionem intentam. Secundo comparat eam ad opinionem vulgi. ſecunda ibi. Sed eam. Primo dicit. Vides ne iam

o Boe. quid conſequatur hec omnia que diximus. dicit Boe. quid inq̃ȝ. ⁊ philoſophia. Omnē fortunā prorſus eſſe bonā. dicit Boeti. Et quid inq̃ȝ id eſt quomodo poteſt hoc fieri. cui philoſophia. Attēde inquit cum omnis fortuna ſiue iocunda ſiue aſpera deferatur cauſa remunerandi vel exercendi bonos vel cauſa puniendi vel corrigendi improbos. patet ꝙ omnis fortuna eſt bona quam vel conſtat eſſe iuſtam ſicut illa que punit malos ⁊ premiat bonos vel cōſtat eſſe vtileȝ ſicut que exercet bonos ⁊ corrigit malos. dicit Boetius nimis id eſt valde vera eſt ratio: ⁊ ſi prouidentiam quaȝ pauloante docuiſti ⁊ fatum conſidereȝ Tunc ſententia eſt nexa id eſt firmata firmis viribus id eſt rationibus.

Notandum ꝙ exquo ſecundum diuinam prouidentiā bonis et malis nunc proſpera nunc aduerſa eueniūt bonis propter remunerationem ꝓſpera ⁊ propter exercitationem in virtutibus aduerſa. patet ꝙ proſpera fortuna remunerans et aduerſa exercitans eſt bona. Item cum proſpera fortuna malos emendet vt viſum eſt prīꝰ ⁊ aduerſa ipſos corrigat ⁊ iuſte puniat. patet etiam ipſam eſſe bonam.

Am ne igit᷑ vides quid hec omnia que dixímꝰ ꝯſequatur. Boe. Quidnaȝ inq̃ȝ. P. Omnē inquit bonam prorſus eſſe fortunā. B. ⁊ quid fieri poteſt. P. Attende īquit cuȝ oīs fortuna vel iocūda vel aſꝑa: tuȝ remunerandi exercendi ve bonos: tum puniendi corrigendiqȝ improbos cau a deferatur oīs bona quā vel iuſtā conſtat eſſe vel vtilem. Bo. Nimis quidem inq̃ȝ vera ratio. Et ſi quā pauloante docuiſti ꝓuidentiam fatū ve conſideremin firmis viribus nexa ſententia. Sed eaȝ ſi placet inter eas quas īopinabiles pauloāte poſuiſti numeremus. P. ⁊ quid inquit. Bo. Quia id hoīm ſermo cōīs vſurpat ⁊ quidem crebro quorūdā malam eſſe fortunam. p. Vis ne igit᷑ īquit

Sed eam ſi placet. Hic comparat hanc cō cluſionem ad opinionem vulgi oſtendens eam vulgo eſſe inopinabilem. ⁊ inquirit quid vulgus ſenciat de qualibet fortuna. ſcd̄o ex opinione vulgi cōcludit quoddaȝ contrarium ipſi vulgo. ibi. Vide igitur. dicit ergo. O philoſophia ſi placeat eā opinionem ꝙ oīs fortuna ſit bona numeremus inter eas opiniones quas pauloante poſuiſti inopinabiles. dicit phīa quid. i. propter quid. Bo. dicit quia communis ſermo hoīum iſtud vſurpat id eſt in vſum capit quorundam fortunam eſſe malam quorundam bonam. ⁊ dicit philoſophia. Vis ne o Boeti accedamus pauliſper ſermonibus vulgi: ne nimium videamur receſſiſſe a communi vſu hoīum. dicit Boeti. vt placet. ⁊ philoſophia. Nonne cenſes bonum quod prodeſt. dicit Boetiꝰ. Ita eſt ⁊ philoſophia fortuna que aut exercet aut corrigit ꝓdeſt. dicit Boe. fateor inq̃ȝ. ⁊ id concludit phīa. omnis fortuna bona eſt que exercet ⁊ corrigit. dicit Boe. quidni id eſt quare non. ⁊ addit phīa. hec fortuna que exercet eſt eoꝝ hoīum qui poſiti in

virtute gerũt bella ⁊ contra aſpera. ſed fortuna que corrigit eſt eorum hominũ qui declinãtes a vicijs arripiũt iter virtutis. dicit Boe. Negare nequeo. querit philoſophia. Quid eſt de fortuna iocũda que tribuitur bonis in premium. Nũquid vulgus decernit id eſt iudicat eam eſſe malam. dicit Boe. nequaq̃ ſed iudicat eã eſſe optimam ſicut eſt. Querit vlterius philoſophia. Quid de reliqua fortuna q̃ punit q̃ cuȝ ſit aſpa ⁊ coherceat malos iuſto ſupplicio: nunquid vulgus putat eaȝ eſſe bonaȝ. dicit Boe. imo iudicat eſſe miſerrimam oĩum que excogitari poſſunt. Notãdum ꝙ omnis fortuna vel eſt ad exercẽdum bonos ⁊ corrigẽdũ malos hoĩes: vel eſt ad remunerãdum bonos ⁊ puniendum malos. fortuna que eſt ad exercendum bonos ⁊ corrigẽdum malos hoĩes vtraqȝ eſt bona etiam ſecundum opinionem vulgi. quod probat phia. Illud quod pdeſt eſt bonum. ſed fortuna que exercet bonos homines pdeſt bõis. ⁊ que corrigit malos pdeſt malis. ergo vtraqȝ eſt bona. Fortuna autem que exercet eſt bonoruȝ qui gerunt bellum contra vicia. fortuna que corrigit eſt malorum qui declinant ad virtutes. fortuna auteȝ que remunerat bonos bona eſt etiam ſcd̃m

paluliſper vulgi ſermonib⁹ accedamus Ne nimiuȝ velut ab humanitatis vſu receſſiſſe videamur. B. Ut placet inq̃ȝ P. Nonne igitur bonũ cenſes eſſe qđ prodeſt. B. Ita eſt inq̃ȝ. Phia. Que vero aut exercet aut corrigit prodeſt. Boe. Fateor inq̃ȝ. P. Bona igit. B. Quidni. Phia. Sed hec eorũ eſt qui vel in virtute poſiti contra aſpa bellũ gerunt. vel a vicijs declinantes virtutis iter arripiunt. Boe. Negare inquã nequeo. P. Quid vero iocunda que in premium tribuitur bonis: nuȝ vulg⁹ malã eſſe decernit. B. Nequaq̃ȝ: verꝫ vti eſt ita quoqȝ eſſe optimam cenſet. Quid reliqua que cum ſit aſpera ⁊ iuſto ſupplicio malos cohercet. Nuȝ bonam populus putat. Boe. immo oĩum que excogitari poſſũt iudicat eẽ miſerrimam. P. Uide igitur ne opinioneȝ populi ſequẽtes qđdã valde iopinabi

vulgares. ſed que punit malos omnium peſſima eſt ſecundum vulgares. ⁊ hãc opinionem vulgi de vtraqȝ fortuna philoſophia tangit in littera. Uide igitur. Hic philoſophia ex pceſſis a vulgo pcludit quoddam inopinabile ⁊ contrarium vulgo ſcȝ malam eſſe fortunam tm̃ maloꝝ. cum tñ opinetur vulgus ⁊ plurimum malam fortunam eueni re bonis. ⁊ dicit vides ne nos ſequẽtes opinionẽ vulgi conferim⁹. i. concluſerimus quoddam valde inopinabile apud vulgum. Quid inq̃ dicit Bo. ex his enim que conceſſa ſunt ſecundum opinionem vulgarem euenit ꝙ eoruȝ que ſũt in perfecta poſſeſſione virtutis vel in profectu vel in adeptione virtutis: omnẽ fortunam eſſe bonã ſiue ſit pſpera ſiue aduerſa. manentibus autem in probitate omnem

fortunam eſſe peſſimam. et dicit boe. hoc verum eſt ſecundum vulgares quis nemo audeat confiteri ſecundum veritatem: quia in rei veritate omnis fortuna bona eſt tam bonorum quam malorum vt probaſti. Notandum quod omnis fortuna vel eſt remunerans vel exercens vel corrigens. fortuna remunerans eſt eorum qui ſunt in poſſeſſione virtutis. fortuna exercens eſt eorum qui ſunt in profectu virtutis. fortuna corrigens eſt eorum qui incipiunt eſſe virtuoſi. Ex quo relinquitur quod eorum qui permanent in malicia ſit fortuna peſſima. et hoc verum eſt ſecundum opiniones vulgares. Nota quod quelibet fortuna poteſt dupliciter conſiderari. vno modo in comparatione ad cauſam vniuerſalem que omnia regit et diſponit ordinando ſingula in finem eis conuenientem. ſic omnis fortuna eſt bona vt probatum eſt. vel poteſt comparari fortuna ad illum cui euenit et ſic ſolum illa dicitur bona que aliquod bonum confert illi cui aduenit: et illa mala que nihil boni confert. Quare inquit. hic philoſophia facit quandam exhortationem. dicens. Ex quo omnis fortuna est bona. ſapiens vir non debet moleſte ferre quotiens ducitur in certamen fortune id est cum fortuna. et non decet fortem virum indignari id est turbari quotiens increpuit id eſt inſonuit bellicus tumultus id eſt ſtrepitus

le conferimus. Boetius Quid inquam Philoſophia. Ex his enim ait que conceſſa ſunt euenit eorum quidem qui vel ſunt in perfectione vel in profectu vel in adeptione virtutis omnem quecunque ſit bonam: in improbitate vero manentibus omnem peſſimam eſſe fortunam. Bo. hoc inquam verum eſt ita tametſi nemo audeat confiteri. Philoſophia. Quare inquit ita vir ſapiens ferre moleſte non debet quotiens in fortune certamen adducitur: vt virum fortem non decet indignari quoties increpuit bellicus tumultus. vtrique enim hic quidem glorie propagande illi vero confirmande ſapientie difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etenim virtus vocatur quod ſuis viribus nitens non ſuperetur aduerſis. neque enim vos in prouectu poſiti virtutis diffluere delicijs et emarceſcere voluptate veniſtis prelium cum omni fortuna nimis acre ceſeritis. Nec vos aut triſtis opprimat aut iocunda corrumpat firmis medium viribus occupate.

Nam ipſa difficultas bellandi et reſiſtendi fortune eſt vnicuique viro forti et virtuoſo materia id est cauſa glorie propagande. exercitium enim bellicum eſt cauſa glorie viro forti. Illi vero ſcilicet viro virtuoſo reſiſtentia fortune eſt materia id eſt cauſa confirmande ſapientie id eſt virtutis ex quo id eſt ex qua victoria talis difficultas virtus vocatur. Dicitur enim virtus eo quod ſuis viribus nitens non ſuperetur aduerſis. et ſubdit. Neque enim vos poſiti in profectu id eſt in via virtutis veniſtis in mundum diffluere

delicijs ⁊ emarceſcere voluptate prelium nimis acre cẽſeritis id ẽ iudicabitis fieri
cum omni fortuna ne triſtis fortuna vos opprimat eijciendo in deſperationem: aut
iocũda corrumpat alliciendo ad voluptatem. occupate .i. tenete ergo medium virtu
tis firmis viribus: quia quicquid infra ſubſiſtit a medio virtutis deficiẽdo. aut vltra
progreditur medium virtutis excedẽdo illud habet cõtemptuꝫ felicitatis .i. virtutis
⁊ nõ habet premiuꝫ labo
ris. ⁊ in veſtra manu id ẽ
poteſtate ſitum eſt qualeꝫ
fortunã velitis vobis for
mare ſcilicet bonã vł ma
lam. Omnis eniꝫ fortuna
que videtur aſpera aut ex
ercet bonos ⁊ punit ma
los ⁊ ſic bona eſt. Notandum ꝙ philoſophia
hortatur ſapiẽtem ad ma
gnanimitatem cum dicit.
Sapiens non debet mo
leſte ferre fortunam. Nã
ſecundum Ariſtotelem i
ethicis. Sapiẽs bene ſcit
ferre fortũas: quia habet
ſe ſine vituperio ſicut te
tragonum. Corpus enim
tetragonum quocunqꝫ
proijcitur firmiter ſtat ⁊ magnanimus eſt qui contra diſſormes iſultus fortune vna
nimi mentis conſtantia militat. Notandum ꝙ virtus conſiſtit in medio inter duo
vicia extrema ad quorum vnum impellit proſpera fortuna ad aliud aduerſa: verbi
gratia. Aduerſitas impellit ad deſperationem ⁊ timiditatem. proſperitas auteꝫ ad
preſumptionem ⁊ audaciam inter que conſiſtit medium virtutis cuius exceſſus vel
defectus eſt viciosus: ⁊ hoc innuit philoſophia in littera. Nota ꝙ in poteſtate ho
minis eſt facere fortunam qualem vult ſcilicet bonã vel malam. quod declarat phia
in aduerſa fortuna: quia ſi eam accipimus bono aĩo ꝓ exercitio ⁊ correptione ipſa
eſt bona. Si autem eam tolleramus animo etiã pro pena ipſa mala eſt.

Quicquid aut infra ſubſiſtit aut vltra
ꝓgreditur habet ⁊ ꝯtẽptum felicitatis
Non habet premiũ laboris. In veſtra
eſt eni ſituꝫ manu qualẽ vobis fortunã
Formare malitis. Ois eni q̃ videt a
ſpa niſi aut exerceat aut corrigit punit.

Metrum ſeptimum quarti libri.

Ella biſquinis operatus annis
Vltor atrides frigie ruinis
Fratris amiſſos thalamos piauit.
Ille dum graie dare vela claſſi

Metrũ ſeptimum quarti libri.

Ella biſquinis operatus annis ⁊c. Hic incipit ſeptimum ⁊ vltimum me
trum huius quarti quod dicitur ſaphicum ab inuentore. trocheicum a
pede predominante in quo philoſophia ꝯfirmat ſuã exhortationẽ exẽ
plo viroꝝ fortium qui ſpretis voluptatibus magnos ſubierunt labores ſpe laudis
⁊ glorie. Et pmo ponit plura exẽpla. ſecundo hortatur nos ad imitationem eorum
ibi. Ite nunc fortes. prima ps poſſet diuidi in tot partes quot exẽpla ponit que pa
tebunt. Primum exẽplum eſt tale Paris filius priami regis troianorum in greciã
profectus rapuit helenam vxorem Menelai. ⁊ duxit eam in frigiam regioneꝫ. Me
nelaus autem conqueſtus fratri ſuo Agamenoni hoc factum Menelaus conuo-

catis principibus grecorum transfretauit in frigiam ⁊ obſedit troiam decem annis quam tandem deſtruxit ⁊ maioribus interfectis populum captiuauit. Cum autem Agamenon proficiſceretur verſus troiam quandam inſulam vbi factus eſt ei ventꝰ contrarius. ⁊ requiſiuit vates quid eſſet faciēdū. qui dixerunt ꝙ nō haberet ventū proſperū: niſi placaret dyanam ſacrificando ei ſuam filiam. Cui licet hoc videretur duꝝ ꝓpter pietatē paternam: tamen ſuadente vlixe ſpe laudis ⁊ glorie ſuper victoria obtinēda cō ſenſit vt eam immolaret quo facto obtinuit ventū ꝓſperum ad voluntatem dicit ergo in littera. atrides id eſt agamenon atride filius exiſtens vltor operatus bella biſquinis i. decem annis ꝓpiauit id eſt purgauit vlciſcendo amiſſos thalamos id eſt vxorem contentā in thalamo fratris menelai ruinis id eſt deſtructionibus frigie id eſt troie que ſita fuit in frigia. dū ille agamenon optat dare id eſt exponere vela graie claſſi id eſt naui grecali ⁊ dum redemit ventos cruore filie ſue ipſe exuit id ē depoſuit patrem id eſt pietatem paternā ⁊ ſacerdos triſtis exiſtens federat id eſt in federe ſacrificat miſerum iugulum id eſt collum vel guttur nate id eſt filie agamenonis: ſecundum huguitionem enim iugulum eſt idem qđ guttur vel gutturis inciſio.

Optat ⁊ ventos redemit cruore.
Exuit patrem miſerumqꝫ triſtis
Federat nate iugulum ſacerdos
Fleuit amiſſos ytacus ſodales
Quos ferus vaſto recubans in antro
Merſit immani poliphemus aluo.
Sed tamen ceco furibundus ore
Gaudium meſtis lacrimis rependit
Herculem duri celebrant labores.
Ille centauros domuit ſuperbos
Abſtulit ſeuo ſpolium leoni
Fixit ⁊ certis volucres ſagittis.

Fleuit amiſſos ytacus ſodales. Hic philoſophia ponit ſecundum exemplum in quo declarat fortia acta ipſius vlixis intendens talem fabulam. Vlixes rediens de bello troiano decem annis errauit in mari ſuſtinens multa aduerſa tandem caſualiter venit ad antrū poliphemi qui erat maximus gigas habens vnicum oculum in fronte qui ſocios vlixis occidit ⁊ vorauit. ſuper quo vlixes contriſtatus ſuſtinuit vſqꝫ predictus gigas cibo repletus obdormiret quo dormiente oculum quem in fronte habuit eruit. Qui euigilans furibundus queſiuit vlixem. ſed excecatus eum inuenire non potuit. dicit ergo in littera ytacus id eſt vlixes ab italia regione vel ab auo ſuo ytaco ſic dictus ille fleuit id eſt defleuit amiſſos ſodales quos ferus poliphemus recubās. i. morans in vaſto antro. i. i magno ventre. ſed tamen vlixes furibundus rependit id eſt reſtituit gaudium meſtis lacrimis. i. ſuis triſticijs ore id eſt facie poliphemo ceco id eſt excecato.

Herculem duri celebrant labores. Hic ponit aliud exemplum in quo deſcribit acta herculis ⁊ labores eius quibus fingitur meruiſſe celum dicens. duri labores aſſumpti celebrant id eſt celebrem reddunt herculem. Cuius ponit primum laborem ſcilicet domationem centaurorum dicens. Iſte hercules domuit ſuperbos centauros qui eum contempſerunt.

Ubi notandum ꝙ centauri monſtra quedam dicta ſunt ex medietate hominis ⁊ ex medietate thauri quos poete fingunt genitos ex ſemine Exionis quod proiecit in nubeȝ qua iuno circūdederat ſe fugiens a facie eius volentis cū ea concubere. hos centauros hercules domuit. Cū enim conueniſſent ad ludū paleſtine in monte ſolor hercules congreſſus cum eis ipſos vſqȝ ad effuſionem ſanguinis proſtrauit.

Poma cernenti rapuit draconi
Aureo leua grauior metallo
Cerberum traxit triplici cathena:
Victor immitem poſuiſſe fertur.
Pabulum ſeuis dominum quadrigis
Hidra combuſto periit veneno
Fronte turbatus achelous amnis

Abſtulit ſeuo ſpolium leoni. Hic ponit ſecundum laborem herculis dicens Hercules abſtulit ſpolium id eſt pellem ſeuo leoni. Ubi notandum ꝙ in ſilua nemea fuit quidam leo crudeliſſimus qui homines totius regionis inuaſit queȝ aggreſſus hercules pro liberatione patrie ipſum interemit ⁊ excorians ipſum pellem pro ſpolio abſtulit. Fixit ⁊ certis volucres ſagittis. hic ponit tertiū laborem dicens. hercules fixit volucres .i. arpias certis ſagittis. Ubi notandum ꝙ rex Finius ſuos filios excecauit qui nouercā ſuaȝ de ſtupro accuſauerant: propter quod inuidia deorum ipſe eſt excecat⁹ ⁊ appoſite ſunt ei arpie .i. volucres virginei vultus rapientes cibū de menſa eius q̄s hercules ſagittis ſuis fixit ⁊ fugauit. Poma cernenti rapuit draconi Aureo leua grauior metallo. hic tangit quartū laborē dicens Hercules rapuit poma draconi cernenti .i. cuſtodienti illa rapuit aureo metallo .i. cū claua aurea. Hercules inq̄ factus grauior .i. fortior leua .i. manu.

Ubi notandum ꝙ ſeptem fuerunt filie athlantis habentes ortum aureum cuȝ pomis aureis que draco cuſtodiebat. Hercules autē ſuperueniēs draconi poma aurea abſtulit. Cerberum traxit triplici cathena. Hic ponit quintum laboreȝ dicēs. hercules cerberum id eſt canem infernalem traxit ab inferis triplici cathena.

Ubi notandum ꝙ pirritoeus volens ſibi deſponſare reginam inferni herculem ⁊ theſeum ⁊ alios homines fortes aſſumpſit quib⁹ venientibus ad infernū Cerberus ianitor inferni ipſos latratu ſuo impediuit. hercules aūt ipſum tribus cathenis vinxit. vel ſecundum alios ipſum traxit de inferno triplici cathena: quia dicitur habere tria canina capita triplici cathena vincta. Victor immitem poſuiſſe fert. Hic ponit ſextū laborem dicens victor .ſ. hercules fertur poſuiſſe immitem dn̄m ſcilicet diomedem in pabulum ſeuis quadrigis id eſt equis quadrigam trahentib⁹.

Ubi notandū ꝙ Diomedes fuit rex tracie qui equos ſuos pauit humana carne quem hercules interfectū dedit ſuis proprijs equis deuorandum.

Hidra combuſto perijt veneno. Hic ponit ſeptimum laborem dicens. hidra id ē ſerpens perijt combuſto veneno ſuo. Ubi notanduȝ ꝙ in lerna palude fuit quidam ſerpens habens plura capita quorum vno preciſo ſuccreſcebant tria. quē hercules aggreſſus ſagittando cum non videret ſe proficere collecta congerie lignorum ipſum combuſſit. Fronte turbatus achelous amnis. Ora demerſit pudibunda

ripis ⁊c. Hic ponit octauum laboꝛem herculis. Ubi ſciendum ꝙ cū hercules vellꝫ deducere filiam cuiuſdā regis que dicebatur Deianira fluuius achelous quem debebat tranſire mutauit ſe in diuerſas foꝛmas pugnando contra Herculē. Cum autē vltimo mutaſſet ſe in ſpeciē thauri. Hercules ipſo delecto abſtulit ſibi vnum coꝛnu qđ ſacrificauit copie id eſt dee foꝛtune pꝛopter quod Achelous verecūdia confuſus fugit ⁊ in aqs latuit. vñ dicit in lra Achelous amnis id eſt ille fluuius fronte turbatus ꝓpt ablationē coꝛnu ipſe merſit in ripis oꝛa pudibunda: quia latuit pꝛe pudoꝛe in ripis. Strauit antheum libicis arenis. hic ponit nonum laboꝛeꝫ dicēs hercules ſtrauit id eſt occidit antheum illum gigātem arenis libicis id eſt ī arenis libie regiōis. Ubi notandū ꝙ antheus erat gigas de terra pꝛogenitus cuius erat talis virtus ꝙ ſi aliquando ex ſagitatione defatigaretur tactu terre ſtatim recuperabat vires. Qui cum exerceret magnam tyrannidem in libia aduenit Hercules ⁊ congreſſus cum eo diu ſimul luctabantur. Cum autem Antheus ſentiret ſe debilitari ſpōte cecidit in terram: ⁊ ſic reſumpſit vires. quod hercules cognoſcens ipſum a terra eleuauit ⁊ ſupꝛa pectus ſuum ipſum tenendo oppꝛeſſit quouſqꝫ ſpiritum exalaret.

Oꝛa demerſit pudibūda ripis:
Strauit antheum libicis arenis
Cacus euandri ſaciauit iras
Quoſqꝫ compꝛeſſos foꝛet altus oꝛbis
Setiger ſpumis humeros notauit
Ultimus celum laboꝛ irreflexo
Suſtulit collo pꝛeciumqꝫ rurſus
Ultimi celum meruit laboꝛis.
Ite nunc foꝛtes vbi celſa magni

Cacus euandri ſaciauit iras. Hic ponit decimum laboꝛem. Ubi notandum ꝙ cacus fuit monſtrum euomens ignem per os. cuius pater fuit vulcanus. manebat autem cacus in monte auentino ſpolians ⁊ occidens homines ⁊ furto plurimum īſiſtens. Cum autem hercules veniret de hyſpania ducens ſecum multos boues cacus quoſdā boues herculis furabatur: ⁊ traxit eos in antrum ſuum retroꝛſum per caudas ne furtum pateret. cum autem hercules quereret boues per mugitum vnius bouis peruenit ad antrum caci. quo extracto ipſum interfecit cuius moꝛte placata eſt ira euandri quem idem cacus multū offenderat. vnde dicit cacus ſupple moꝛte ſua quam paſſus eſt ab hercule ſaciauit id eſt compeſcuit iras euandri quem cacus multum offenderat.

Quoſqꝫ compꝛeſſos foꝛet altus oꝛbis. Hic ponit vndecimum laboꝛeꝫ herculis. Ubi notandum ꝙ in archadia erat quidam aper deuaſtans totam regionem quem cum hercules agitaret aper ſibi inſultans humeros herculis ſpuma maculauit quē apꝛum tandem interfecit. Unde dicit. Setiger id eſt aper gerens ſetas notauit id ē maculauit humeros herculis ſupple ſpuma vel ſaliua quos humeros altus oꝛbis foꝛet id eſt erat compꝛeſſus: quia vt ſtatim patebit hercules humeris ſuis celum ſuſtulit. Ultimus celum laboꝛ irreflexo. Hic ponit duodecimum ⁊ vltimum laboꝛem eius. Ubi notandum ꝙ athlas fingitur fuiſſe quidaꝫ gigas ſuppoꝛtans celū humeris ſuis. Hic fatigatus rogauit Herculem vt celum ſuppoꝛtaret quouſqꝫ

ipſe reſpiraret qđ ⁊ hercules fecit: ⁊ per hoc celum meruit. Unde dicit. vltimus labor herculis fuit quod ſuſtulit. id eſt ſupportauit celum collo irreflexo id eſt inclinato. ⁊ rurſus meruit celum tanq̄ȝ precium vltimi ſui laboris. Ite nunc fortes vbi celſa magni. Hic hortatur philoſophia admirationem predictorum virorum fortiuȝ dicens. Ite nūc fortes reſiſtentes aduerſitatibus: ite illic vbi dicit via celſa id eſt ardua magni herculis que eſt via virtutum: ⁊ via magni exempli ad aggrediendum fortia. ⁊ tūc inuehitur contra tardos ⁊ vicioſos dicens. Cur vos inertes id eſt homines ſine arte ſicut homines deſidioſi cur nudatis terga id eſt dorſa veſtra fugiendo labores ⁊ aduerſa. nam tellus id eſt terrena concupiſcentia ſuperata donat homini ſydera id eſt celum. quia ſuperata terrena concupiſcentia efficit homo dignus celo quod eſt locus deorum ⁊ ſpirituum. Nam ſecundum Ariſtotelem ſecundo celi ⁊ mundi. Omnes eum locum qui ſurſum eſt deo attribuūt ⁊ barbari ⁊ greci quicūqȝ putant deos eſſe. de quo loco dicit Plato in fedrone. Uiri ſpeculatiui viuentes ſm̄ vitam contemplatiuam celeſtes ſedes recipiunt: in quibus felicitate deoruȝ potiuntur. qua felicitate nos faciat participes ihēſus chriſtus qui ē deus ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Duxit exempli via: cur inertes
Terga nudatis ſuperata tellus:
Sidera donat.

Explicit liber quartus.

Explicit liber quartus Boetij de conſolatione philoſophie

Jxerat orõniſq₃ curſum. Hic incipit quintus liber Boetij de cõſolatione philoſophie cuius hec eſt prima proſa in qua philoſophia vult ſoluere quedam dubia ſuam determinationē conſequentia de fato ꝛ prouidentia videtur enim ex dictis ꝙ caſus non ſit:quia ſi omnia ſint prouiſa ita ꝙ nihil eueniat preter ordinem diuine prouidentie. videtur ꝙ nihil caſualiter euenit: quia caſus importat euentum inopinatum. Jtem videtur ex dictis ꝙ liberum arbitrium non ſit: quia omnia diſponunť ſecundum ordinem fatalis neceſſitatis liberum autem arbitrium neceſſitatem excludit. videtur ergo ſi ponitur ꝓuidentia ꝛ fatuꝫ ꝙ omnino excludatur liberuꝫ arbitrium. philoſophia ergo in preſenti libro inqrit vtrū caſus ſit ꝛ quid ſit ꝛ inquirit vtrum liberum arbitrium ſit ponendo argumenta quibus liberuꝫ arbitrium cum prouidentia diuina non videtur poſſe ſtare. poſt hoc ponit falſam ſolutionem quorundam quaꝫ improbat ꝛ ponit propriā quā rationibus confirmat. ꝛ de eternitate determinat ꝛ alia plura ſicut patebit. Et diuiditur iſte liber in vndecim partes:quia ſex ſunt proſe ꝛ quinq₃ metra eius que partes ꝛ q̄ in ipſis determinantur patebūt in proceſſu libri. in prima proſa determinat de caſu. ꝛ primo Boetius tangit acta phie cōmendans eius exhortatōnē factā ꝛ mouet queſtionē de caſu. Scdo phia excuſat ſe ab eius determinatione ꝛ Boe. illam excuſationē remouet. Tertio phia determinat de caſu. ſecūda ibi. Tū illa feſtino. tertia ibi. Tum illa morē. Primo dicit phia dixerat hec predicta ꝛ vertebat curſum orationis id eſt ſermonis ad tractanda quedam alia atq₃ expedienda tunc ego Boeti. inq̄. O philoſophia recta eſt exhortatio tua facta ꝛ prorſus eſt digniſſima auctoritate. ſed qd tu dudū dixiſti ſexta proſa quarti libri queſtionē de ꝓuidentia implicatā eſſe pluribus alijs. ſ. queſtionibus. ego experior re id eſt realiter. quero enī an arbitreris caſum omnino aliquid eſſe ſupple in rerum natura. ꝛ quidnam arbitraris eſſe caſum ſupple in rerum natura. Nota per hoc ꝙ dicit Boetius dixerat innuit philoſophiam iam expediuiſſe que ad ſui ſpeculationē ſpectabant. et ita determinaſſe principalem huius libri intentionē. ꝛ philoſophia vertebat curſuꝫ orationis id eſt orationem currentem:quia oratio philoſophie non impediebatur ignorātia docentis nec tarditate diſcentis:hanc orationem vertebat ad quedaꝫ alia tractanda. que autem fuerunt illa Boetius non exprimit. quia forſitan ſua opiniōe minus erant deſideranda:vel forſitan quantum ad propoſitum extranea.

Libri quinti proſa prima.

Jxerat orationiſq₃ curſū ad alia quedam tractanda et expedienda vertebat. Boeti. tum ego. Recta quidē exhortatio tuaq₃ prorſus auctoritate digniſſima. ſ₃ ꝙ tu dudū de ꝓuidētia q̄ſtionē pluribus aliis īplicatam eſſe dixiſti re experior. Quero enim: an eſſe aliquid omnino: ꝛ quidnā eſſe caſū arbitrere. philoſophia. Tum illa. Feſtino inquit debitū promiſſionis abſoluere: viamq₃ tibi qua patriā reueharis

Notandum ꝙ dicit exhortationem philoſophie fuiſſe rectam. quia philoſophia hortatur ad virtutes ⁊ ad contēptū fortuitorū. talis autem exhortatio que fit ad bonum proſequendum ⁊ ad malum fugiendum recta eſt. ⁊ dicit exhortationem philoſophie eſſe digniſſimam auctoritate. quia quod a ſapiētibus dicitur auctoritate ſapientis dignuꝫ reputatur. Cum illa feſtino inquit. Hic philoſophia excuſat ſe de huiꝰ opinionis vel queſtionis determinatōe ⁊ hoc. illaꝫ excuſationeꝫ remouet dicens. Philoſophia inqt ego feſtino abſoluere id eſt perficere debitum pmiſſionis ⁊ aperire tibi viam qua reuebaris ad patriā. hec autē que tu queris de caſu ⁊ ſi p quāuis ſunt putilia cognitu id ē cognitione tamē pauliſp aduerſa ſunt a tramite id eſt via noſtri propoſiti. ⁊ dicit pauliſper quia non ſunt totaliter aduerſa ſed aliqūtulum incidant premiſſa. ⁊ eſt verendum id eſt timendum ne tu fatigatus deuijs id eſt queſtionibꝰ extraneis nō poſſis ſufficere ad meciēdū id ē traſcēdū rectuꝫ iter. dicit Boetius. O phia ne illud vereare id eſt non timeas. quia hoc fuerit mihi loco quietis agnoſcere ea quibus maxime delector ⁊ cum om̄e latus id eſt omnis conſtantia tue diſputationis mihi conſtiterit fide indubitata nihil eſt qđ ambigatur de ſequentibus. Notandum ꝙ dicit qua via reuebaris patriaꝫ. hic patriam vocat beatitudinem quam prius inuenire docuit. illa autem per que homo peruenit ad ipſam ſunt virtutes de quibus boetius intendebat agere non in hoc libro ſed in vltimis libris muſice ſue agendo de muſica humana. intentionem autem ſuam non compleuit quia a rege Theodorico morte preuentus fuit. Cum illa morem inquit. Hic philoſophia determinat de caſu ſoluendo premiſſas cauſas ⁊ queſtiones. Primo ſoluit primam an caſus ſit. Secūdo ſecundam quid ſit caſus. ibi. Licet igitur. primo oſtendit quid ſignificetur per nomen caſus ponendo opinionem quorundam. ſecundo improbat illam opinionem ibi. Quis enī. primo dicit. O boe. ego geram tibi morē id eſt cōformabo me volūtati tue ⁊ ſimul ſic eſt exorta id eſt ſic incepit ſi aliqs deficiat quo ad nomen dicens caſum eſſe euentum productum motu temerario id eſt improuiſo ⁊ nulla connexione cauſaꝝ. Ego philoſophia firmo caſum ſic omnino nihil eſſe. ⁊ decerno id eſt iudico vocem caſus prorſus eſſe inanem preter ſignificationem rei ſubiecte ſicut hec vox chimera inanis eſt. Notandum ꝙ q̄uis queſtio ſi eſt precedat queſtionem quid eſt ſecundum ꝙ queſtio quid eſt querit de quidditate rei. quia quid eſt rei nulli debetur niſi enti. tamen queſtio quid eſt querēs de quod quid eſt nominis eſt prima cognitio. ⁊ ideo ex quo quid eſt nominis oportet ſcire de

perire. hec autem etſi perutilia cognitu tamen a noſtri tramite pauliſper aduerſa ſunt. Verendūq; eſt ne deuiis fatigatus ad meciendum rectum iter ſufferre non poſſis. Boetius. Ne id inquā prorſus vereare. Nam q̄etis mihi loco fuerit ea quibus maxime delector agnoſcere ſimul cuꝫ omne diſputationis tue latus indubitata fide cōſtiterit: nihil de ſequētibꝰ ābigat phia. Cuꝫ illa morē inquit gerā tibi et ſimlʼ ſic exorta eſt ſiquidē inquit aliquis euētū temerario motu

aliquo ſi eſt. pꝛopter hoc philoſophia ad querendum de caſu vtrum ſit vel non accipit quod quid eſt quod ſignificatur per nomen ⁊ dicit. Si aliqui dicunt caſum eſſe euentum temerarium ſine omni cauſa pꝛoductum ergo video vocem caſus eſſe inaneꝫ tanq̄ꝫ ſibi nihil coꝛreſpondeat in re. Quis enim cohercente. Hic philoſophia impꝛobat opinionem iſtam oſtendens caſum nihil eſſe ſecunduꝫ eam. ſecundo ſoluit queſtionem ſecunduꝫ rei veritateꝫ ibi. Ariſtoteles meus. Pꝛimo ponit vnā rationem. Secundo aliam ibi. Nam nihil. Antiqui dicebant ꝙ caſus eſt euentus temerarius id ē impꝛouiſus. contra hoc arguit philoſophia ſic. Vbicūqꝫ oīa ſunt pꝛouiſa ibi nihil eſt temerariuꝫ ſed omnia que ſunt pꝛouiſa ſunt a deo. ergo inter ea que ſunt nihil eſt temerarium. Hanc rationem bꝛeuiter innuit littera dicens. Quis enim locus vllus poteſt eſſe reliquus id eſt relictus temeritati id eſt impꝛouiſioni deo cohercente cuncta in oꝛdinem ſcilicet ꝓuiſum. quaſi dicat nullus

nullaqꝫ cauſaruꝫ connexione pꝛoductū caſum eſſe diffiniat nihil oīno caſuꝫ eſſe confirmo ⁊ pꝛeter ſubiecte rei ſignificationē inaneꝫ pꝛoꝛſus eſſe vocē decerno Quiſ enī cohercēte in oꝛdine cūcta deo locus eſſe vllus temeritati reliquus poteſt. Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſentētia eſt cui nemo vnq̄ꝫ veterū refragatus eſt quanq̄ꝫ id illi non de operāte pꝛincipio ſed de materiali ſubiecto hoc eſt oīm de natura rationū. At ſi nullis ex cauſis aliquid oꝛiatur id de nihilo oꝛtum eſſe videtur: ꝙ ſi hoc fieri neq̄t nec caſum quidē hmōi eſſe poſſibile ē qualē pauloante diffiniuimus. Boetius.

Notandum ꝙ omnia a deo ſunt pꝛouiſa: cuius ratio eſt. Quoꝛumcunqꝫ deus eſt cauſa omnia talia pꝛouiſa ſunt a deo. ſed deus eſt cauſa omnis entis patet quia ab ipſo dependet celum ⁊ tota natura vt patet ex duodecimo methaphiſice. Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſententia eſt cui nemo ⁊ cetera. Hic ponit aliam rationeꝫ pꝛobantem ꝙ caſus non poteſt eſſe ſine omni cauſa pꝛoductus ſicut dicebant antiqui. ⁊ arguit ſic. Quod eſt ex nihilo nihil eſt. ſed quod ex nulla cauſa eſt ex nihilo eſt ergo qḋ ex nihilo eſt nihil eſt. ſed ſecundum antiquos caſus eſt ex nulla cauſa quia eſt pꝛoductus ſine omni connexione cauſarum. ergo caſus nihil eſt. vnde dicit in littera. Vera ſententia eſt cui nemo vnquam veterum refragatus eſt id eſt contradicit ſcilicet ex nihilo nihil exiſtere. quanquam illi antiqui illam pꝛopoſitionem ex nihilo nihil exiſtere iecerint id eſt poſuerint quaſi quoddam fundamentum non de operante pꝛincipio ſcilicet de deo creatoꝛe. quia ille ex nihilo aliquid fecit. ſed intellexerūt hoc de naturali ſubiecto id eſt de tota natura fūdata i materia. exponit ſeipſm dicēs. Hoc eſt de natura omnium rationum id eſt de materia que eſt ſubiectum foꝛmarum naturalium. Sed ſi aliquid oꝛiatur ex nullis cauſis id videtur eſſe oꝛtum ex nihilo. ſed hoc fieri nequit vt aliquid oꝛiatur ex nihilo. ergo non eſt poſſibile caſum eſſe huiuſmodi id eſt talem qualem pauloante diffiniuim⁹ ſecunduꝫ antiquos ꝙ ſit euentus

temerarius ſine cõnexione cauſarũ. Quid ergo dicendum eſt de caſu. querit Boetius Eſt ne nihil in rerum natura qđ iure poſſit appellari caſus vel fortuitum vel eſt aliquid tam̃ ⁊ ſi pro q̃uis lateat vulgus cui iſta vocabula conueniant. Notanduꝫ ꝙ hec propoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera eſt in comparatione ad cauſam particularem que in ſua actione ſupponit materiam: tamen in comparatione ad cauſam vniuerſalem que eſt cauſa totius entis non eſt vera.

Quid igitur inquã. Nihil ne eſt quod vel caſus vel fortuitum iure appellari queat. An eſt aliquid tametſi vulgus lateat cui iſta vocabula conueniunt. P. ariſtoteles meus id inquid in phiſicis ⁊ breui ⁊ veri propinqua ratione diffiniuit. B. Quonaꝫ inq̃ꝫ modo. P. Quotiens ait aliquid cuiuſpiam rei gratia geritur aliudqꝫ quibuſdam de cauſis quã quod intẽdebatur obtingit caſus vocatur: vt ſi quis colendi agri cauſa fodiẽs humum defoſſi auri pondus inueniat. hoc igitur fortuito quideꝫ creditur accidiſſe. Verum non de nihilo eſt. Nam ꝓprias cauſas habet quarum improuiſus inopinatuſqꝫ concurſus caſuꝫ videtur operatus. Nam niſi cultor agri humuꝫ foderet: niſi eo loci pecuniã ſuam depoſitor obruiſſet aurum non eſſet inuentuꝫ

vnde dicimus deum omnia creaſſe ex nihilo ⁊ fide tenemus. ſed antiqui de iſto modo productionis per creationem non loquebantur ſed primo modo. Unde ariſtoteles primo phiſicorum. Impoſſibile eſt aliquid fieri ex his que non ſunt. in hac enim opinione conueniunt omnes qui de natura ſentiunt. Ariſtoteles meus inquit in phiſicis. Hic philoſophia ſoluit queſtionem de caſu. Et primo oſtendit eaꝫ eſſe ſolutam ab ariſtotele. et oſtendit modum eius. Secundo declarat ꝙ caſus licet non habeat cauſas per ſe habet tamen cauſas per accidens. ibi. Hec ſunt igitur. Primo dicit ariſtoteles meus id eſt doctrina mea nutritꝰ et edoctus diffiniuit caſum in phiſicis id eſt in ſecundo phiſicoꝝ breui ratione ⁊ propinqua veri id eſt veritati. ⁊ querit Boetius. Quonã inq̃ꝫ modo. dicit philoſophia. Quotiens aliquid geritur id eſt fit gratia cuiuſpiam rei id eſt alicuius rei ⁊ aliud cõtingit quibuſdam de cauſis quam quod intendebatur illud vocatur caſus. vt ſi aliquis cauſa colendi agri fodiens humum inueniat pondus auri defoſſum hec inuentio auri creditur fortuito id eſt a caſu accidiſſe. veruꝫ pro ſed talis euentus caſualis non eſt de nihilo id ē de nulla cauſa ſicut dicebat diffinitio antiquoruꝫ. Nam euentꝰ caſualis habet proprias cauſas quarum concurſus inopinatus ⁊ improuiſus ſupple ab eo qui aliquid fecit cauſa alterius rei videbitur operatus eſſe caſuꝫ. niſi eñ cultor agri foderet humum que ſupple foſſio ē vna cauſa inuẽtionis auri. ⁊ niſi eo loco depoſitor obruiſſet id eſt abſcondiſſet pecuniam ſuam que eſt alia cauſa inuentionis

auri aurum non eſſet inuentum. Notandum ꝙ caſus ſecundum ariſtotelem eſt quando aliquid fit propter aliquem finem. vt foſſio agri propter ſeminationem. ſi aliquid aliud euenit ex quibuſdam cauſis preter hoc quod intendebatur hoc eſt caſus vt inuentio theſauri caſualis eſt que non intendebatur a foſſore agri. Ex quo patet ꝙ inuentio theſauri eſt caſualis non ideo ꝙ non eſt preuiſa a deo ſed q: non eſt preuiſa ab homine. & ita caſus nihil eſt quo ad deum ſed eſt aliquid quo ad hominem preter cuius intentionem & prouiſionem euenit. Hec ſunt igitur fortuiti. Hic oſtendit phia ꝙ licet caſus habeat cauſas non tamen habet cauſas per ſe ſed per accidens dicens. Hec igitur ſunt cauſe fortuiti compendii id eſt fortuiti euentus quod fortuitum compendium prouenit ex cauſis obuiis & confluentibus non ex intentione gerentis. Non enim ille qui aurum obruit vel qui agrum exercuit id eſt fodit intendebat vt ea pecunia reperiretur ſed vt dixi preter gerentis intentionem euenit hunc fodere quo ille obruit pecunia & occurrit ſupple inuentio pecunie.

Hec ſunt igitur fortuiti cauſe compendii quod ex obuiis ſibi & confluentibus cauſis non ex gerentis intentione prouenit. Neque enim vel qui aurum obruit vel qui agrum exercuit vt ea pecunia reperiretur intendit ſed vti dixi quo ille obruit hunc fodiſſe conuenit atque concurrit. Licet igitur diffinire caſum eſſe inopinatum & ex confluentibus cauſis in his que ob aliquid gerunt euentum. Concurrere vero atque confluere cauſas fecit ordo ille ineuitabili connexione procedens qui de prouidentie fonte deſcendens cuncta locis temporibuſque diſponit

Notandum ꝙ cauſa efficiens non agit niſi moueatur a fine. Finis autem non mouet niſi ſecundum ꝙ eſt in intentione & ideo reſpectu illius effectus qui eſt in intentione agens eſt cauſa per ſe ſi aliquid contingat in actione preter intentionem agentis illius agens eſt cauſa per accidens. et ſic caſus quia contingit preter intentionem agentis non habet cauſam agentem per ſe ſed per accidens. Licet igitur diffinire. hic philoſophia ſoluit ſecundam queſtionem oſtendendo quid ſit caſus. Concludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis dicens. Licet igitur diffinire caſum eſſe euentum inopinatum ex cauſis confluentibus in his que geruntur ob aliquid aliud. Tunc oſtendit quomodo effectus caſualis cadit ſub ordine prouidentie. dictum eſt enim ꝙ caſus prouenit ex cauſis confluentibus. ꝙ autem cauſe confluant hoc prouenit ex ordine prouidentie. vnde dicit. Cauſas vero concurrere & confluere facit iſte ordo ſcilicet fatalis procedens ineuitabili connexione ſcilicet cauſarum qui deſcendens ſupple ordo de fonte prouidentie cuncta diſponit ſuis temporibus & locis. Notandum ꝙ diffinitio caſus eſt bona quia per eam caſus diſtinguitur ab aliis. per hoc ꝙ dicitur caſus eſt euentus inopinatus excluditur effectus neceſſario eueniens vel vt frequenter ſicut ſolem oriri vel hominem naſci cum quinque digitis in vna manu. talia enim non eueniunt caſualiter & inopinate. per hoc quod dicitur ex confluentibus cauſis ex

cluditur caſus pꝛimo modo dictus qui ſecundum antiquos ponebatur pꝛoduci ex nulla connexione cauſarum. per hoc autem quod dicitur in his que geruntur ad aliquid aliud per hoc excluditur a caſu caſualitas per ſe. caſus eñ et foꝛtuna ſunt cauſe per accidens. ⁊ ſunt pꝛeter intentionem agentis.

Metrum pꝛimum quinti libꝛi.

Metrum pꝛimum quinti libꝛi.

Rupis achamenie ſcopulis
vbi verſa ſequentum
Pectoꝛibus figit ſpicula pugna fugax
Tigris ⁊ eufrates vno ſeſe fōte reſoluūt
Et mox abiunctis diſſociantur aquis:
Si coeāt curſūqꝫ iteꝝ reuocētur in vnū
Confluat alterni qđ trahit vnda vadi.
Cōueniāt puppes ⁊ vulſi flūie trunci
Mixtaqꝫ foꝛtuitos īplicat vnda modoſ

Rupis acha- menie ſcopuliſ Iſtud eſt pꝛi- mum metrum illius quinti qđ dicitur metrū elegiacum ⁊ pꝛimū metrū eſt dactilicū exametrū. ſecū- dū eſt trocaicū pentametrum vel dactilicum penthametruꝫ. In quo phia oſtendit quomō euentus caſualis ſe habet ad ꝓuidentiā diuinā. Eſt auteꝫ materia exempli ꝙ tigris ⁊ eufrates ſunt duo fluuij ab eodē fonte ꝓcedētes qui poſtea abinuiceꝫ diuidunt ⁊ ſi iterū cōcurrant neceſſe eſt naues ⁊ alia que per iſta flumina deferuntur concurrere qui quidem concurſus ꝓuenit inquātuꝫ reguntur decurſu iſtoꝝ fluuioꝝ ⁊ tamen eſt pꝛeter intentionē iſtoꝝ qui regūt naues. eodē modo cōcurſus cauſaꝝ caſualis ꝗuis ſit pꝛeter intentionē ipſoꝝ agentiū tamen cōcurrūt ſecundū defluxū oꝛdinis fatalis ex regimine diuine ꝓuidentie. ⁊ ꝗuis nobis ignoꝛantib⁹ oꝛdinē diuine ꝓuidētie videat aliqđ caſuale ⁊ foꝛtuitū tamen in cōpatione ad deū oīa ſunt oꝛdinata ⁊ ꝓuiſa. vnde dicit in littera. Tigris ⁊ eufrates reſoluūt ſe vno fonte ſcopulis. i. cōcauitatib⁹ rupis achamenie. i. mōtis parthie vbi ſcꝫ in ꝑthia fugax pugna verſa ſpicula. i. ſagittas figit pectoꝛib⁹ ſequentū. Eſt eñ cōſuetudo parthoꝝ ꝙ fugiēdo pugnāt ſagittādo a tergo cōtra inſequētes ⁊ mox. i. poſt paruū ſpaciū tigris ⁊ eufrates diſſociant adiūctis aqs ſupple alijs ⁊ ſi dicti fluuij iterū coeant. i. cōueniāt ⁊ reuocētur in vnū curſuꝫ cōfluat. i. opoꝛꝫ confluere illud qđ vnda alterni vadi. i. vtriuſqꝫ fluminis trahit. i. ſecum ducit. ⁊ conuenient puppes ⁊ trunci vulſi. i. eradicati flumine id eſt per flumen ⁊ vnde mixta. i. cōfluens implicet. i. implicabit foꝛtuitos modos quia vnda faciet concurrere foꝛtuitu naues ⁊ truncos quos tamen vagos caſus. i. caſuales euentus regit ipſa decliuia terre. i. depꝛeſſio terre dans viam fluuio ⁊ defluus oꝛdo lapſi gurgitis. i. currentis aque regit illos vagos curſus. ⁊ ita eſt de euentu caſuali reſpectu pꝛouidentie. vnde dicit ſoꝛs id eſt caſus vel foꝛtuna que videtur fluitare permiſſis habenis id eſt ſine regimine illa patitur frenos id eſt regimina ⁊ meat. i. tranſit ipſa lege id eſt per ipſam legem diuine pꝛouidentie. Nota ꝙ ſcribitur in geneſi. Tigris ⁊ eufrates ſunt flumina quoꝛum oꝛtus eſt in paradiſo. Sed Hieronimus auctoꝛitate Saluſtij dicit ꝙ oꝛtus tigris ⁊ eufratis demonſtrat in armenia id eſt in parthia. cui videtur Boe. cōſentire

Beatus aūt auguſtin⁹ ſup geneſim ad litteraꝫ iſtam contrarietatē concordat dicens. Illud contingit in iſtis fluminibus qđ in alijs experimur ſcꝫ ꝙ aliquādo abſorbētur a terra ⁊ iterum oriūtur. ⁊ qꝛ hoc ſepe poteſt contingere. ideo de ortu ipſoꝝ fluuioꝝ diuerſa poſſunt dici. quādo eñ moyſes dicit in geneſi ꝙ oriantur in paradiſo poteſt intelligi de prima origine eoꝝ. ſed quod dicitur ab alijs ꝙ alias oriantur poteſt intelligi de ortu eorūꝫ ſecūdario. Notandum ꝙ parthia eſt regio quedaꝫ que alio noīe dicit̄ armenia ⁊ vñ dicunt̄ hoīes parthi qui vincunt hoſtes ſuos fugiēdo ſagittas a tergo mittēdo: ⁊ ſic amor vincendus eſt fugiendo. vnde poeta dicit. Qua ſpecie martis cedit victoria parthis. Cipris ea parte ſimili quoqꝫ vincitur arte. Cipris id eſt ven⁹ que colebatur in cipro. ⁊ pauper henric⁹. Proſcribas igitur gladijs ⁊ fuſtibus ipſum ſupple amorem. et fugiendo fuga quem fuga ſola fugat.

Quos tñ ipa vagos terre dcliuia caūs
Gurgitis ⁊ lapſi defluus ordo regit
Sicqꝫ pmiſſus fluitare videt̄ habenis
Fors patitur frenos ipſaqꝫ lege meat.

Proſa ſecunda quinti libri.

Animaduerto inqꝫ idqꝫ vti tu dicis ita eſſe conſencio. Sed in hac herentiū ſibi ſerie cauſarū eſt ne vlla noſtri arbitrii libertas an ipſos quoqꝫ humanorum motus animarum fatalis cathena conſtringit. Philoſophia. Eſt ne inquit. neqꝫ eñ fuerit vlla rationalis natura qui eidem libertas aſſit arbitrii. Nam quod ratione vti naturaliter pōt id habet iudiciū quo quodqꝫ diſcernat ꝑ ſe igitur fugiēda optāda ve dinoſcit.

Proſa. ij. quinti libri. Animaduerto inqꝫ. Hic incipit ſecunda ꝓſa huius quinti in qua incipit determinare de cōuenientia liberi arbitrij ad prouidentiam diuinam. Et primo querit an liberum arbitrium poſſit ſtare cum ꝓuidentia diuina. ⁊ phia probat liberum arbitrium eſſe. Secundo oſtendit quomō diuerſificatur in diuerſis. ⁊ tercio oſtendit actus liberi arbitrij cadere ſub prouidentia diuina. ſecunda ibi. ſed hanc. tertia ibi. que tamen. primo di. Animaduerto inqꝫ. i. cognoſco quō caſus ſtat cum ꝓuidentia ⁊ ita cōſentio ſicut dixiſti. ⁊ querit Bo. eſt ne vlla libertas arbitrij in hac ſerie cauſarū ſibi herentiū. an fatalis cathena. i. fatalis neceſſitas cōſtringit mot⁹. i. effectus hūanoꝝ aīoꝝ. Tunc phia ꝓbat liberū arbitriū eſſe dicens. Libertas arbitrij eſt non obſtante predicta cōnexione cauſaꝝ. neqꝫ eñ fuerit. i. eſſe poterit vlla rationalis natura quin libertas arbitrij eidem abſit. ⁊ accipitur hic rationalis natura large ꝓ oī eo qđ habet cognitionē intellectiuā. ꝓbat autē ꝙ oī nature rationali inſit liberum arbitriū dicens. Illud qđ poteſt naturaliter vti ratione id habet iudiciū quo diſcernat vnūquodqꝫ: igitur ꝑ ſe diſcernit fugiēda ⁊ optāda. qđ autē quis iudicat optandū id petit. i. ꝓſequitur ⁊ refugit illud qđ eſtimat fugiendum

quare quib⁹ ineſt ratio illis ineſt libertas volẽdi ⁊ nolẽdi. poteſt ergo ratio ſic formari. Omne quod poteſt vti ratione habet iudiciũ cognoſcendi fugienda ⁊ optanda. ſed qđ quiſq; iudicat optandum ꝓſequit̃ ⁊ qđ iudicat fugiendũ hoc refugit. ergo omne qđ poteſt vti ratione hab; libertatẽ volẽdi ⁊ nolẽdi. Notandũ ꝙ dicit illud qđ vtit̃ ratione habet iudiciũ quo diſcernat vnũquodq;. hoc dicit ad differentiã iudicij naturalis quod eſt ĩ brutis quo non iudicatur vnũquodq; agendũ ſed aliquod particulare ſicut ouis non iudicat de quolibet fugiendo ſed tantum de lupo. ⁊ apes non habẽt induſtriam ad faciendũ aliquod opus niſi ad fauos mellis. ſed iudiciũ rationis eſt de quolibet que agunt̃. Notandũ ꝙ dicit habens rationis iudiciũ per ſe iudicat ꝓſequẽdũ vel fugiendũ. lʒ enĩ bruta q̃dãmõ cognoſcãt fugienda vel ꝓſequẽda nõ tamẽ per ſe q; non ſunt cauſa iudicij. homo autẽ non ſolum cognoſcit finem ⁊ ordinata in finem ſed cognoſcit vniuerſaliter per modũ collationis ⁊ per modum ſillogiſticum etiam homo ſuum iudicium iudicat ⁊ diſcernit. quia intellectus eſt virtus conuerſa ſupra ſe. Sed hanc nõ in oĩbus. Hic oſtendit phĩa quomõ liberum arbitriũ diuerſificatur in diuerſis ſcʒ in angelis ⁊ hoĩbus dicens. Hanc ſcʒ libertatẽ arbitrij non conſtituo eſſe equam id eſt equalem in oĩbus. q; maior eſt in ſubſtantijs diuinis q̃ʒ in hoĩbus. Nam ſupernis ⁊ diuinis ſubſtantijs ineſt perſpicax iudiciũ id eſt infallibile iudiciũ. ⁊ ineſt eis incorrupta volũtas id eſt inflexibilis ad malũ. ⁊ in eis eſt preſto id eſt parata efficax poteſtas optatoꝝ. q; non eſt in eis impedimentũ executionis. Animas vero humanas neceſſe eſt eſſe liberiores quando conſeruant ſe in ſpeculatione diuine mentis: minus vero libere ſunt cum dilabuntur ad corpora id eſt ad curam rerum temporalium. ⁊ adhuc minus libere ſunt cum colligantur terrenis artub⁹ id eſt affectibus quibus minus reſiſtere poſſunt paſſionibus inſurgẽtibus. Extrema vero id eſt maxima eſt ſeruit⁹ animaꝝ quãdo dedite vicijs ceciderint a poſſeſſione proprie ratõis qua regi id eſt dirigi deberent in agendo. Nam vbi id eſt poſtq̃ʒ anime deiecerint oculos rationis ⁊ intellectus a luce ſumme veritatis ad inferiora ⁊ tenebroſa id eſt ad terrena ⁊ carnalia mox caligantur id eſt obſcurantur nube inſcicie id eſt ignorantie ⁊ turbantur pernicioſis affectibus id eſt paſſionibus quibus acce-

Quod vero quis optandũ iudicat eſſe petit. refugit vero quod eſtimat eſſe fugiendum. Quare quibus ineſt ratio ipſis etiam ineſt volendi nolendiq; libertas. Sed hanc non in omnibus equam eſſe conſtituo. Nam ſupernis diuiniſq; ſubſtantiis ⁊ perſpicax iudiciũ et incorrupta voluntas et efficax optatorum preſto eſt poteſtas. Humanas vero aĩas liberaliores quidem eſſe neceſſe eſt cum ſe in mentis diuine ſpeculatione conſeruãt: minus vero cũ dilabũtur ad corpa minuſq; etiam cum terrenis artubus caligantur. extrema vero eſt ſeruitus cum viciis dedite rationis proprie poſſeſſione ceciderint. Nam vbi oculos a ſum

dendo ⁊ conſentiendo adiuuant id eſt augmentāt ſeruitutē quam ſibi inuexere id eſt induxerunt ⁊ anime vicioſorum ſunt quodammodo captiue propria libertate. Notandum ꝙ liberum arbitrium eſt libertas iudicandi ⁊ exequendi res. vel ſecundum Boetium ſuper primo periarmenias liberum arbitrium eſt de voluntate iudicium animi nullo extrinſeco aut violenter cogente aut violenter impediente. nullo cogente ad faciendū quod diſplicet. nullo impediente ne fiat quod placet. Notandum ꝙ liberum arbitrium in duobus conſiſtit in libertate iudicādi ⁊ in libertate exequendi iudicata. Primum ſcꝫ libertatem iudicandi impedit ignorantia ſed libertatē exequendi impedit impotentia executionis ⁊ corruptio voluntatis. quandoqꝫ enī poſſumus bonū perficere tamen volūtate corrupta vicio non perficimus. in ſubſtantijs autē ſeparatis non eſt ignorātia iudicandi nec impotentia perficiendi nec corruptio voluntatis. ergo in eis eſt maxima libertas arbitrij

me luce veritatis ad inferiora et tenebroſa deiecerint mox inſcicie nube caligantur pernicioſis turbantur affectib⁹. Quibus accedendo conſentiendoqꝫ quam inuexere ſibi adiuuant ſeruitutē et ſunt quodāmodo propria libertate captiue. Que tamen ille ab eterno cuncta proſpiciens prouidentie cernit intuitus: et ſuis quoqꝫ meritis predeſtinata diſponit

id eſt omnia videt et omnia audit.

Intelligentie enim in nullo falluntur. ergo habent perſpicax iudicium ⁊ nunꝙ volūt niſi bonum. ergo ineſt eis incorrupta voluntas ⁊ poſſunt perficere quicquid deſiderant. ergo in eis eſt efficax poteſtas optatoꝝ. Notandum ꝙ quidam dixerunt fuiſſe de intentione Platonis animas humanas ſimul eſſe creatas in celo ⁊ poſtea deſcendere in corpora ⁊ in eis detineri tanꝙ in vinculis. ſecundum illos gradus libertatis animaꝝ humanaꝝ quas ponit in littera ſic diſtinguūtur ſcꝫ ꝙ aīe cū ſint ī celo create in contemplatione diuine mentis ſunt maxime libere. cum autem iam ſunt colligate corporibus adhuc ſunt minus libere. ſed minima libertas eſt in eis quando ſubdūtur vicijs. iſta tamen expoſitio non teget ſecundum veritatem. ideo aliter exponitur ꝙ illas animas neceſſe eſt eſſe liberiores que contemplationi diuine inſeruiūt vt anime virtuoſoꝝ ⁊ cōtemplatiuoꝝ quoꝝ conuerſatio in celis eſt. Ille autē ſunt minus libere que dilabuntur ad corpora id eſt que deſcēdunt ad curam rerum temporaliū ſicut ſunt practici qui negociantur circa bona temporalia ad cōmunem vtilitatem diſpenſanda. adhuc minus libere ſunt anime que terrenis artub⁹ colligantur id eſt que deſcendunt ad curandum proprium corpus ⁊ propriam vtilitatem. minime autem libere ſunt que ſubdite vicijs rationem amittunt. vicioſus enī non vnius tantum domini eſt ſeruus ſed tot dominorum quot viciorum ſecundum beatum auguſtinum. Que tamen ille. Hic oſtendit philoſophia quomodo actus liberi arbitrij cadunt ſub prouidentia diuina. quia propter hoc ꝙ diuina cognitio ſe extendit ad omnia dicēs

que omnia dicta quo ad diuerſos gradus libertatis ⁊ quo ad om̄es actus inde pro
uenientes cernit ille intuitus prouidentie diuine cuncta proſpiciens ⁊ queq; prede
ſtinata diſponit ſuis meritis reddendo bonis bona ⁊ malis mala. ⁊ hoc confirmat au
c'toritate greca que ſonat in latino. Omnia videt deus ⁊ omnia audit. vel ſecundum
alios ſonat. Deus illuſtrat omnia clarius ꝗ̃ ſol.

Metrum ſecundum libri quinti.

Puro clarum lumine phebum
Melliflui canit oris homerus
Qui tamen intima viſcera terre
Non valet aut pelagi viſcera radiorū
Infirma prorumpere luce.
Haud ſit magni cōditor orbis
Huic ex alto cuncta tuenti:
Nulla terre mole reſiſtunt
Non nox atris nubibus obſtat
Que ſint que fuerint veniantq;
Uno mentis cernit in ictu
Quem quia reſpicit omnia ſolus
Uerum poſſis dicere ſolem

Notandum ꝙ licet diuina prouidentia ab eterno omnia proſpexerit non tamen propter hoc neceſſitatur liberum arbitriu; ad faciendum bonu; vel malum. quia ſecundum Ariſtotele; tertio ethicorum. Homo eſt de min⁹ ſuarum operationum a principio vſq; ad finem. Et ergo ſecundum merita operationum liberi arbitrij recipit penam vel premium.

Metrum ſecundum quinti libri.

Uro claru; lumine phebum.
p
Iſtud eſt metꝝ ſecundum huius quinti quod dicitur archiloicū ab inuentore. dacillicum a pede predominante. In quo philoſophia commendat excellentiam diuine cogniti
onis in comparatione ad ſolem materiale; dicens Homerus oris melliflui id eſt dul
cis eloquentie canit id eſt deſcribit phebum id eſt ſolem clarum puro lumine. forſan
cū Homerus fecit librum de claritate ſolis qui ſc; ſol non valet prorumpere id eſt
penetrare intima viſcera id eſt ꝓfunda terre ⁊ pelagi id eſt maris infirma id eſt debi
li luce radiorum. haud ſit id eſt non ſic habet ſe conditor magni orbis ſcilicet deus.
ſed ipſe ſua cognitione penetrat omnia cum nihil poſſit ipſum latere huic ſcilicet cō-
ditori tuenti id eſt reſpicienti cuncta ex alto celo terre ſibi reſiſtunt nulla mole id eſt
magnitudine ſicut obſiſtunt radijs ſolis. nec etiam nox obſcura obſtat ſibi atris nubi
bus. immo in vno ictu mentis id eſt in vnico mentali intuitu cernit que ſunt quantu;
ad preſentia. que fuerunt quantum ad preterita. que veniunt quantu; ad futura. quē
ſcilicet conditorem quia reſpicit omnia ſolus tu poteris dicere verum ſolem.

Notandum licet deus omnia cognoſcendo preuideat etiam illa que fiunt ex
libero arbitrio: voluit tamen quaſdam creaturas eſſe liberi arbitrij. quia hoc magis
decet diuinam bonitatem. ſicut enim melius ⁊ nobilius eſt regnum in quo non tan-
tum ſeruitur regi a ſeruis ſed etiam a liberis ꝗ̃ vbi tantum ſeruitur a ſeruis.
Sic melius erit regnum dei et decentius ex hoc ꝙ ſunt alique creature libere

ſeruiētes ſicut homo ⁊ angelus q̃ ſi eſſent ſole creature ſeruiliter opantes cuiuſmõi ſunt oēs creature pꝛeter hoiem ⁊ angelū que ex determinatione nature neceſſitantur ad ſua opera. Pꝛoſa tercia quinti libꝛi.

Tum ego en inq̃. Hic incipit tercia pꝛoſa huius quinti in qua Boe. obicit contra pꝛedicta oſtendens non poſſe ſimul ſtare ꝓuidentiam ⁊ liberum arbitriū. ⁊ pꝛimo p̃mittit ꝙ dicta poſſunt habere dubitationem. ſecundo ponit rationeꝫ dubitationis. ibi. Nimiū inq̃. Pꝛimo dicit. Tum ꝑ tunc finitur. d. p. ego bo. inq̃ o phia rurſus ego cōfundoꝛ difficilioꝛi ambiguitate. ⁊ querit phia. Quenā eſt iſta ambiguitas. iam enī cōiecto id eſt iudico quibus tu ꝑturbare id eſt ꝑturbaris. Notandum ꝙ coniectare eſt ex aliquibus ſignis aliqd putare. ⁊ ſic phia coniecit per locum a cōiter accidentibus dubitationē Boetij. quia cōiter quicūqꝫ loquebantur de ꝓuidēcia ⁊ libero arbitrio dubitabant de compaſſibilitate eoꝝ. Nimiuꝫ inq̃. hic Boe. expꝛimit ſuam dubitationem oſtendens pꝛouidentiaꝫ ⁊ liberum arbitrium eſſe incompaſſibilia. Pꝛimo facit hoc. Secundo excludit quaſdam vias quibus aliqui conabantur defendere pꝛouidentiam ibi. Quid igitur. Ad pꝛobandum ergo incompaſſibilitatem pꝛedictorum ponit tres rationes. Secunda ibi. Ad hec. Tercia ibi. Poſtremo. Pꝛimo ponit pꝛimam rationem. Secundo excludit quādam ſolutionem eius ibi. Neqꝫ enim vel factum aliud. Pꝛimo dicit. Nimium videtur aduerſari ⁊ repugnare deum pꝛenoſcere vniuerſa ⁊ eſſe vllum libertatis arbitrium. ꝙ autem iſta repugnant pꝛobat. Nam ſi deus pꝛoſpicit cuncta neqꝫ vllomodo falli poteſt neceſſe eſt euenire illud quod pꝛouidētia pꝛeuiderit eſſe futuruꝫ quod ſi non eueniret falleretur ꝓuidentia. Quare ſi ab eterno nōmodo. i. non tantū facta hoīm ſed etiam conſilia ⁊ volūtates pꝛenoſcit nulla erit libertas arbitrij ſed oīa euenirent de neceſſitate. ꝙ autē deus ſua ꝓuidēcia oīa pꝛenoſcat declarat. Neqꝫ enī poterit exiſtere aliquod factum vel aliqua voluntas niſi quam pꝛeſenſerit id eſt pꝛe-

Pꝛoſa tercia libꝛi quinti.

Tum ego en inq̃ꝫ difficilioꝛi rurſus ambiguitate cōfundoꝛ. P. Quenā inquit eſt iſta. iam eni quibus conturbare coniecto. B. Nimiū inquā aduerſari ac repugnare videtur pꝛenoſcere vniuerſa deū ⁊ eſſe vllū libertatis arbitriū. Nam ſi cuncta ꝓſpicit deus neqꝫ falli vllomodo poteſt euenire neceſſe eſt quod ꝓuidentia futurū eſſe pꝛeuiderit. Quare ſi ab eterno non facta hominū modo ſed etiam conſilia voluntateſqꝫ p̃noſcit nulla erit arbitrii libertas Neqꝫ enim vel factum aliud vlluꝫ vel quelibet exiſtere poterit voluntas: niſi quaꝫ neſcia falſi pꝛouidentia diuina pꝛeſenſerit. Nam alioꝛum quam pꝛouiſe-

ſunt detorqueri valēt non iam erit futu
ri firma preſcientia ſed opinio potius in
certa qđ de deo credere nephas iudico.
Neqȝ eni illam probo rationem qua ſe
quidam credunt hunc queſtionis nodū
poſſe diſſoluere. Aiunt enim non ideo
quid eſſe euēturum quoniam id proui-
dentia futurum eſſe proſpexerit ſed ecō
trario potius quoniam quod futurū eſt
id diuinam prouidentiaȝ latere non poſ
ſe. Eoqȝ modo neceſſarium eſt hoc in
contrariam relabi partem. Neqȝ enim
neceſſe eſt contingere que prouidentur
ſed neceſſe eſt que futura ſunt prouideri
Quaſi vero que cuiuſqȝ rei cauſa ſit p̄-
ſcientia ne futurorūȝ neceſſitas ſit an fu

ſciuerit prouidentia diuina neſcia id eſt nō potēs falli nec poſſunt aliter euenire ꝙ̄ p̄uiſa ſunt. Nam ſi valent detorqueri aliorſum ſcȝ vt aliter eueniant ꝙ̄ preuiſa ſunt nō erit iam firma preſcientia dei ſed potius erit incerta opinio: quod iudico nephas credere de deo. Notandum ꝙ ex littera ſic formatur ratio. Illa que prouidentur infallibiliter de neceſſitate eueniunt. ſed omnia prouidentur a deo infallibiliter. ergo omnia de neceſſitate eueniunt ⁊ ſic perit libertas arbitrij. Notandum ꝙ ſcientia dei non eſt opinio quia opinio eſt eorūȝ que ſic ⁊ aliter ſe poſſunt habere ex primo poſteriorū. Scientia autem eſt eorū que non poſſunt ſe aliter habere. ergo ſciētia dei non eſt dicenda opinio. Neqȝ enī illaȝ probo rationem. hic phīa excludit quandam reſponſionē que poſſet dari ad predictam rationē. et primo ponit eam. ſecundo eam excludit ibi. Quaſi vero. Primo dicit. Neqȝ enī ꝓbo id eſt approbo illam rationem id eſt reſponſioneȝ qua quidā credunt ſe poſſe diſſoluere difficultatem queſtionis. Aiunt enī non ideo quid eſſe venturum ſed potius econuerſo. quoniam quod futurum eſt illud non poſſe latere prouidentiam diuinam: quaſi dicat euentus rei eſt cauſa preſcientie ⁊ non econuerſo et ideo ex euentu debet concludi neceſſitas preſcientie non econuerſo ſecundum eos. Et iſto modo neceſſarium eſt hoc quod concluditur de euentu relabi in contrariaȝ partem ſcilicet vt quod concluditur de euentu hoc cōcludat̄ de preſentia. Neqȝ enim neceſſe eſt coniungere que prouidentur ſecundum eos ſed que futura ſunt neceſſe eſt prouideri. Notandum ꝙ prior ratio pretendebat ꝙ omnia futura de neceſſitate eueniant quia deus futura infallibiliter pretendit. reſponſio auteȝ quorundam dicit contrarium. Dicit enim non ideo quia deus preuidet futura neceſſario eueniunt. ſed quia futura ſunt ideo deus ea preuidet. Quaſi vero que cuiuſqȝ rei cauſam ſit preſcientia. Hic excludit iſtam reſponſionem dicens. Iſta reſponſio procedit quaſi laboraretur querendo cuius rei cauſa ſit preſcientia vtrum ſit cauſa neceſſitatis futurorum vel vtrum neceſſitas futurorum ſit cauſa prouidentie. ſed nos nitamur id eſt laboramus hoc demonſtrare. ſcilicet neceſſarium eſſe euentum rerum preſcitarum quoquo modo id eſt quocunqȝ modo ſe habeat

oꝛdo cauſarum. Etſi pꝛo q̃ꝫuis pꝛeſcientia non videatur inferre neceſſitatem euenien di rebus futuris: quod declarat exemplo dicens. Si aliqs ſedeat neceſſe eſt opinionē eſſe veram que coniectat eum ſedere ⁊ ecōuerſo ſi de aliquo vera ſit opinio qꝛ ſedet neceſſe eſt eum ſedere. igitur in vtroqꝫ ſcꝫ in opinione ⁊ ſedente eſt neceſſitas. in hoc ſcꝫ in ſedente eſt neceſſitas ſedēti. in altero ſcꝫ in opinione eſt neceſſitas veritatis. ſed non idcirco quiſqꝫ ſedet ſupple caſualiter qm̃ vera eſt opinio qꝛ veritas opinionis nō eſt cauſa ſeſſionis ſed hec ſcꝫ opinio potius eſt vera qm̃ preceſſit quēpiā id eſt aliquē ſedere: ⁊ ita cauſa veritatis ex altera parte ꝓcedit tamen in vtroqꝫ eſt cōis neceſſitas. ⁊ eodem mo do cōtingit arguere de ꝓuidentia ⁊ de his que ꝓuidentur. Unde dicit patet id eſt manifeſtū eſt ratiocinari de prouidentia ⁊ de rebus futuris. Naꝫ ⁊ſi ꝑ q̃ꝫuis idcirco ꝓuidētur qm̃ futura ſunt nō tamen ideo ꝓueniūt qm̃ ꝓuidētur nihilominus tamen neceſſe eſt a deo vel ventura ꝓuideri vel ꝓuiſa euenire ita ꝙ vtriqꝫ ꝑti ineſt neceſſitas q̃ꝫuis alteri caſualitas. qḋ ſolum ſatis eſt id ē ſufficit ad ꝑimendā libertatē arbitrij.

Notandū ꝙ reſpōſio iſta quā inuit in littera videt̃ fuiſſe ipſiꝰ oꝛigenis q ſupꝛa epl'am ad Ro. ſic dicit. Non ꝓpterea aliqd erit qꝛ illud deus ſcit futurum ſed qꝛ futuruꝫ eſt ideo ſcitur a deo anteq̃ꝫ fiat. quod tamen poteſt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ euē tus rei ſit cauſa pꝛeſcientie ſecunduꝫ rationem cōſequentie ⁊ ſic reſponſio eſt vera. Alio modo poteſt intelligi ꝙ euentus rei ſit cauſa pꝛeſcientie ſecundum exiſtentiā. ⁊ ſic eſt falſa ⁊ hoc modo impꝛobatur hic a boe. Pꝛimo ergo oſtendit boetius ꝙ iſta reſponſio non eſt ad pꝛopoſitum. Secundo oſtendit ꝙ non includit veritatem. ibi.

turoꝛum neceſſitas cauſa pꝛouidentie laboꝛetur. Ac nō illḋ demōſtrare nitamur quoquo modo ſe habeat oꝛdo cauſarū. Neceſſariū eſſe euētū ꝑſcitaꝝ rerū etiaꝫ ſi pꝛeſciētia futuris rebus eueniendi neceſſitatē nō videat̃ inferre. eteni ſi quiſpiā ſedeat opinionēqꝫ eū ſedere ꝯiectat verā eſſe neceſſe eſt. Atqꝫ cōuerſio rurſus ſi de quopiā vera ſit opinio quoniā ſedet cū ſedere neceſſe ē. In vtroqꝫ igitur neceſſitas ineſt. In hoc qdē ſedenti at vero in altero veritatis. Sed non idcirco quiſqꝫ ſedet quoniā vera eſt opinio ſed hec potius vera eſt quoniā quēpiam ſedere ꝑ̄ceſſit. Ita cuꝫ cauſa veritatis ex altera parte pꝛocedat ineſt tamē cōmunis in vtraqꝫ neceſſitas Similia de pꝛouidentia ſimiliſqꝫ rebus ratiocinari patet. Nam et ſi idcirco quoniaꝫ futura ſunt pꝛouidentur non vero ideo quoniā pꝛouidentur eueniunt nihilominus tamen a deo vel ventura ꝓuideri vel pꝛouiſa euenire neceſſe eſt ꝙ ad ꝑimendū arbitrii libertatē ſoluꝫ ſatis eſt.

Jam vero quam prepoſterum eſt. Hic philoſophia oſtendit quod iſta reſponſio includit falſitatem quia ponit quod aliquod temporale ſit cauſa eterni. dicunt enim quod res futu re ſint cauſa prouiſionis eterne. vnde dicit. Jam vero prepoſterum eſt id eſt peruer ſum eſt vt euentus rerum temporalium dicatur eſſe cauſa eterne preſcientie quod di citur in iſta reſponſione. vnde ſubdit. Quid eſt aliud arbitrari deum ideo prouidere futura quoniam ſunt euen tura quam putare que olim acciderint id eſt ipſa futu ra eſſe cauſam ſumme pro uidentie. q. d. nihil eſt ali ud dicere. Notandum eſt quod nullum temporale eſt cauſa eterni ſed potius econuerſo. Indignius enim non eſt cauſa dignioris eo quod cauſa dignior eſt ef fectu: temporale autem eſt indignius eterno ſicut cor ruptibile incorruptibili. ergo ꝛc. Ad hec ſicuti cum quid eſſe ſcio. Hic ponit ſecundam reſponſionem ad probandum ſecundam concluſionem dicens. ad hec ſupple predicta adden da eſt hec ratio ſicuti cum ſcio eſſe quid id eſt aliquid neceſſe eſt ipſum eſſe. ita cum noui quid futurum neceſſe eſt idipſum eſſe fu turum. ſic igitur fit id eſt contingit vt euentus rei preſcite nequeat euitari Nota quod ratio ſic po teſt formari ſicut ſe habet

Jam vero quam prepoſterum eſt vt eterne preſcientie temporalium rerum euentus cauſa eſſe dicatur. Quid eſt autem aliud arbitrari ideo deum futura quoniam ſunt euentura prouidere quam putare que olim acciderint cauſam ſumme illius eſſe pro uidentie. Ad hec ſicuti cum quid eſſe ſcio idipſum eſſe neceſſe eſt: ita cum quid fu turum noui idipſum futurum eſſe ne ceſſe eſt. ſic fit igitur vt euentus preſcite rei nequeat euitari Poſtremo ſi quid a liquis aliorſum quam ſeſe res habet exiſtimet id nonmodo ſcientia non eſt ſed eſt opi nio fallax a ſcientie veritate longe di uerſa. Quare ſi quid ita futurum eſt vt eius certus ac neceſſarius non ſit euentus id euenturum eſſe preſciri quomodo poterit. ſi cut enim ſcientia ipſa impermixta eſt fal ſitati: ita id quod ab ea concipitur eſſe a liter quam concipitur nequit.

ſcientia reſpectu ſcibilis preſentis ſic preſcientia reſpectu effectus futuri. Sed cum ſcio in preſenti aliquid eſſe neceſſe eſt ipſum eſſe. Ergo cum preſcitur aliquid futurum eſ ſe neceſſe eſt ipſum futurum eſſe. ſed deus preſcit omnia futura ergo neceſſario eueniunt. ꝛ ſic iterum tollitur libertas arbitrij. Poſtremo ſi quid aliquis. Hic ponit tertiam rationem ad idem dicens. Si quis exiſtimet aliquid eſſe aliorſum id eſt aliter quam res ſe habeat illud nonmodo id eſt non tantum non eſt ſcientia ſed eſt fallax opinio longe diuerſa a ve ritate ſcientie. quare ſi aliquid ita futurum eſt vt eius euentus non ſit certus ꝛ neceſſarius quomodo illud poterit preſciri euenturum. q. d. nullomodo. Cuius rationem aſſignat dicens. Sicut ipſa ſcientia eſt impermixta falſitati ſic illud quod concipitur ab ea non poteſt ali ter eſſe quam concipitur. quia ſi poſſet aliter ſe habere tunc ſcientia poſſet eſſe falſa.

vnde ſubdit. iſta eſt cauſa quare ſcientia caret mendatio quia neceſſe eſt vnamquãqꝫ rem ita ſe habere ſicut ſcientia comprehendit eam ſe habere. Notandum ꝙ ratio quaꝫ intẽdit eſt iſta. Quicunqꝫ exiſtimat rem aliter eſſe ꝙ̃ eſt eius eſtimatio eſt falſa ⁊ non eſt ſcientia ſed fallax opinio. ergo ſi deus preſcit aliquod futurum eſſe ⁊ ſi ipſum non neceſſario euenit ſicut preſciuit preſcientia dei non erit ſcientia ſed fallax opinio. ergo futura a deo preuiſa neceſſario eueniunt ⁊ ſic perit liberum arbitrium. Quid igitur. hic phĩa improbat modos quibus aliqui nituntur ſaluare prouidentiam. Et primo querit quomõ poſſit ſaluari prouidentia diuina improbãdo duos modos quibus aliqui conabantur ipſam ſaluare. Secũdo ponit tertiũ modũ ſimiliter ipſum improbando. ſecũda ibi. Quod ſi apud. primo dicit. quid igitur dicemus. Quonãmodo dici poteſt ꝙ de⁹ prenoſcat hec futura incerta. Primus modus eſt vt dicatur deum ea q̃ prouidet iudicare infallibiliter quãuis poſſint nõ euenire. ſed id eſt inconueniens quia tunc falleretur ſua ꝓuidentia. Unde dicit. Nam ſi de⁹ cenſet id eſt iudicet euenire infallibiliter que etiam poſſibile eſt non euenire fallitur ſupple deus quod nonmodo id eſt non tantum nephas eſt ſentire de deo ſed etiam nephas eſt voce ꝓferre. Secundus modus eſt vt dicatur deum prouidere futura indeterminate ſicut futura ſunt. ſed iſto modo prouidentia dei non eſt certa. vnde dicit. Si deus diſcernit iſta futura eſſe que prouidentur indeterminate ſicut ſunt vt ſcꝫ cognoſcat ea eque id eſt equaliter poſſe fieri vel non fieri que eſt iſta preſcientia que nihil certum nihil ſtabile comprehendit. q. d. talis ꝓuidentia nulla eſt. ⁊ quid hec preſcientia differt ab alio vaticinio ridiculoſo Tireſie qui dicebat quicquid dicam hoc erit vel non erit. Quo etiam id eſt in quo diuina prouidentia preſtiterit id eſt preualebit humana opinione ſi iudicat incerta ſicut homines ea quoꝝ euentus eſt incert⁹ quaſi dicat in nullo differt. Notandũ ꝙ cum Tireſias vidiſſet duos ſerpentes ſimul coire proiecto baculo ipſos ſeparauit abinuicem ⁊ mutatus fuit in mulierem. poſt ſeptennium iterum ſerpentes coeuntes baculo ſeparauit ⁊ mutatus fuit in virum.

Ea nãqꝫ cauſa eſt cur mẽdacio ſcientia careant ꝙ ſe ita reꝫ quãqꝫ habere neceſſe eſt vti eam ſeſe habere ſcientia comprehendit. Quid igitur. Quonammodo deus hec incerta futura prenoſcit. Nam ſi ineuitabiliter ventura cenſet: que etiã nõ euenire poſſibile eſt fallitur quod ſentire nonmodo nephas eſt ſed etiam voce proferre. At ſi ita vti ſunt ita ea futura eſſe decernit vt eque vel fieri ea vel non fieri poſſe cognoſcant. que eſt hec preſcientia que nihil certum nihil ſtabile cõprehendit. aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculo tireſie quicquid dicam aut erit aut non. Quo etiam diuina prouidentia humana opinione preſtiterit ſi vti homines incerta iudicat quorum eſt incertus euentus.

Proſa tertia

Cum autem orta eſſet diſſentio inter Jouem ⁊ Junonem an maior eſſet delectatio in coitu viri ꝙ̄ mulieris. electus fuit Tireſias in iudicem qui expertus erat ſortem vtriuſq; ſexus. Cum autem diceret maiorem eſſe delectationem mulieris Juno commota excecauit ipſum. Jupiter autem ſui miſertus in recompenſam amiſſi viſus dedit ſibi ſpūm vaticinandi. Fuit autē hec ſua vaticinatio quicquid dicam erit vel nō erit.

Quod ſi apud illum rerū omnium certiſſimum fonteꝫ nihil incerti eſſe poteſt certus eorum eſt euentus que futura firmiter ille preſcierit. Quare nulla eſt humanis cōſiliis actionibuſq; libertas quas diuina mens ſine falſitatis errore cūcta proſpiciens ad vnū alligat et conſtringit euentum. Quo ſemel recepto quantus occaſus humanarum rerum conſequatur liquet. Fruſtra enim boniſ maliſq; premia pene ve proponuntur. Que nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum.

Si ergo deus non aliter preſciret futura indeterminata niſi q2 erunt vel non erunt non differret ſua preſcientia a preſcientia Tireſie qđ eſt ridiculoſum. Quod ſi apđ illum. Hic ponit tercium modum conantium ſaluare ꝓuidentiaꝫ. Et eſt vt ponamus omnia euenire de neceſſitate ⁊ auferamus liberum arbitrium. Primo ergo ponit iſtum moduꝫ. Secundo oſtendit que inconuenientia ſequantur ad ipſuꝫ. ibi. Quo ſemel. Primo ergo concludit iſtum moduꝫ dicens. Quod ſi apud illum certiſſimum fontem omnium rerum nihil poteſt eſſe incertum certus eſt euentus eoruꝫ que ipſe firmiter preſciuerit futura. quare nulla erit libertas humanis conſiliis ⁊ actionibus quas diuina mens ſine errore falſitatis cuncta proſpiciens alligat ⁊ conſtringit ad vnum euentum. Notandum ꝙ nulla mutatio cadit circa fontem omniū rerum quia cognitio eius non poteſt eſſe incerta. etiam ſi eſſet incerta eſſet imperfecta ⁊ diuina. ſi ergo eſt certa reſpectu futurorum neceſſe eſt vt omnia futura preſcita a deo neceſſario eueniant. Quo ſemel recepto. hic ponit inconuenientia que ſequuntur ſi auferatur liberum arbitrium. Et primo oſtendit que inconuenientia ſequuntur ex parte hominum. ſecundo que ex parte dei. tercio que ex parte coniunctionis hominum ad deum. ſecunda ibi. Quo nihil. tercia ibi. Jgitur nec ſperandi. Jnconuenientia ex parte hominum ſi non ſit liberum arbitriuꝫ fruſtra proponuntur hominibus pene vel premia ⁊ iniuſte puniuntur mali ⁊ premiantur boni nec erunt vicia nec virtutes in hominibus ſicut nec in aliis qui agunt neceſſitate nature ⁊ non libertate animi. Unde dicit. Quo ſemel poſito ſcilicet vt negetur liberum arbitrium liquet id eſt manifeſtum eſt ꝙ̄tus occaſus id eſt quanta deſtructio humanarum rerum conſequatur. Fruſtra enim proponuntur bonis premia ⁊ malis pene: ita ſtatuta ⁊ leges humane erunt inutiles que penas ⁊ premia ſtatuunt que nullus motus animorum liber ac voluntarius meruit. Et illud videbitur iniquiſſimum omnium qđ nunc iudicatur equiſſimum ſcilicet puniri improbos ⁊ remunerari probos quos ad alterum id eſt ad probitatem vel improbitatem non mittit propria voluntas.

ſed cogit certa neceſſitas futuri. igitur virtutes ⁊ vicia non erunt quicq̃ ſed potius erit mixta ⁊ indiſcreta confuſio omniū meritoꝝ ſcȝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Nota ꝙ oēs virtutes ⁊ vicia oriunt̃ ex libera electione boni ⁊ mali. ⁊ ſimiliter punitio ⁊ remuneratio fiunt propter liberam actionem boni vel mali. Si ergo tollitur libertas arbitrij non erit libera electio nec libera actio bona vel mala. ⁊ per conſequens nulla erit virtus nullum viciū. ⁊ iniuſte malus punietur cum ex neceſſitate maluȝ operetur. ⁊ iniuſte bonus p̄mietur cum ex neceſſitate operetur bonum: qđ ē abſurdum dicere. Quo nihil ſceleratius. hic oſtēdit incōueniens quod ſequitur ex parte dei ſcȝ ꝙ deus erit auctor maloꝝ. vnde dicit. Cum omnis ordo reꝝ ducatur ex ꝓuidentia diuina ⁊ ſi nihil liceat habere fieri ex humanis cōſilijs ſit id eſt ſequitur vt vicia noſtra referantur in auctoreȝ oīm ſupple deū quo nihil ſceleratius excogitari pōt q̃ deuȝ dicere auctorē maloꝝ qđ tamen neceſſariū eſt ablata libertate. Notanduȝ ꝙ defect⁹ in operatione qui defectus nō eſt in poteſtate dei vt cuitatur neceſſario eſt ab agēte ⁊ a ꝓducente. ſi ergo actio voluntatis noſtre non eſt libera defectus actionis ſecundum voluntatem reducetur in deum: ⁊ ſic deus erit cauſans defectū noſtrum quod eſt abſurdum. Igitur nec ſperandi aliquid Hic ponit incōuenientia que ſequuntur ex cōiunctione hoīs ad deum quia tolleretur actus deprecādi ⁊ actus ſperandi quibus maxime coniunguntur deo. vnde dicit Igitur ſi tollitur liberū arbitriū nec vlla ratio eſt ſperandi aliqđ nec deprecādi inter deum ⁊ homines. Quid enī quiſqȝ deprecetur vel ſperet ſi ſeries indeflexa connectit omnia optanda: quaſi dicat fruſtra fieret. vtrunqȝ igitur aufertur illud vnicum commercium ſcilicet ſperandi ⁊ deprecandi inter deum ⁊ homines. vocat autem ſpem et deprecationem cōmercium. quia iſtis mercamur omnia beneficia. vnde ſubdit ſiqdeȝ prediuine gratie. qꝛ modus deprecandi ſolum eſt quo hoīes videntur poſſe colloqui

Idqȝ omnium videbitur iniquiſſimuȝ quod nunc equiſſimū iudicatur vel puniri improbos: vel remunerare probos quos alterutrum nō propria mittit voluntas ſed futura cogit certa neceſſitas Nec vicia igitur nec virtutes quicquā fuerint ſed omnium merito potius mixta atqȝ indiſcreta cōfuſio. Quoqȝ nihil ſceleratius excogitari poteſt cuȝ ex prouidencia rerum omnis ordo ducatur nihilqȝ liceat conſiliis humanis fit vicia queqȝ noſtra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec ſperandi aliquid nec deprecandi vlla ratio eſt. Quid eni vel ſperet quiſqȝ vel etiā deprecetur quādo optanda omnia indeflexa ſeries cōnectit. Auferetur igitur vnicum illud inter hoīes deūqȝ cōmerciuȝ ſperandi ſcilicet et deprecandi ſiquideȝ iuſte humilitatis precio ineſtimabilem

cum deo et coniungi inacceſſibili cui ſupple deo priuſq; homo impetret qđ petit prius eñ preces porrigimus q; effectuʒ noſtre petitionis conſequamur q.ſ.ſpes et deprecatio ſi nihil credantur habere viriũ recepta.i.conceſſa neceſſitate futurorũ quid erit quo conifigi poſſumus illi ſũmo principi rex.q.d.nihil quare neceſſe erit genus humanũ diſſeptũ.i.diſiũctũ ſuo fonte.i.a ſuo principio ſupple a deo fatiſce-re id eſt deficere vti pau loante cantabas in ſexto metro quarti libri.

Vicem diuine gratie ꝓmereremur que ſo lus modus eſt quo cũ deo colloqui ho mines poſſe videãt: illiq; inacceſſibili luci pri⁹ quoq; q̃ʒ impetrẽt ipſa ſuppli canda ratione coniungi. que ſi recepta futurorum neceſſitate nihil virium ha bere credantur. quid erit quo ſummo il li rerum principi cõnecti atq; adherere poſſumus Quare neceſſe erit humanũ genus vti pauloante cãtabas diſſeptũ atq; diſiunctum ſuo fonte fatiſcere.

Notãdum q actus de-precandi ſpectat ad in-tellectuʒ et eſt expoſitio ſcđm iohãnẽ damaſce. aſcenſus intellectus ad deũ vel in deũ quo gđ actu inſinuam⁹ deo indi gentiã noſtrã nõ q deo per inſinuationẽ noſtrã aliquid inoteſcat quod prius ignorauerit ſed vt nos ipa inſinuatione vtẽ do cõſiderem⁹ in his cẽ recurrendũ ad diuinuʒ auxilium. Actus autem ſperandi pertinet ad vo luntatẽ qr eius obiectuʒ eſt bonum futurum per iſtum actum adherem⁹ deo tanq; perfecto prin cipio bonitatis inniten-tis eius auxilio ad con ſequẽdũ bonũ quo indigem⁹.ſed ſi huiuſmodi bonũ neceſſario eueniret vł ipoſſibi le eſſet euenire vterq; actus tam deprecandi q; ſperandi eſſet inutilis.

Metrum tertium libri quinti.

Quenam diſcors federa rerum
cauſa reſoluit Quis tanta deus
veris ſtatuit bella duobus
Ut que carptim ſingula conſtant.

Metrum tertium quinti libri.

Quenam diſcors federa rerum cauſa reſoluit. quis tanta deus. Hic incipit tertium metrum huius quinti quod dicitur adonicũ vel ſecundũ alios ar-chiloycũ ab inuentore.dactilicũ a pede predominante. vnde facit exclama tionem ſuper incompaſſibilitate que apparet inter prouidentiam et liberum arbi-trium Et primo querit quare ſint incompaſſibilia cum per ſe conſiderata ſint paſſibi lia Secundo ponit reſpõſioneʒ ad hoc. Tertio contra reſponſioneʒ obicit. quarto obiectionem ſoluit.ſecunda ibi.An nulla.tertia ibi.ſed cur tanto.quarta ibi An cũ menteʒ. Primo dicit Quenã diſcors cauſa reſoluit.i.ſeparat federa.i. concordias rerũ ſcʒ prouidẽtie diuine et liberi arbitrij ne cõpatiantur ſe ſimul aut quis deus tã ta bella ſtatuit duobus veris et ſingula vera que carptim.i.ſigillatim vel diuiſim ac cepta conſtant id eſt permanent eadem tũ mixta id eſt conficta noluit iugari id eſt copulari ſeinuicẽ cõpatiendo. Tunc ponit reſponſionem dicens q iſtis duobus

veris.ſ.prouidētię et libero arbitrio nulla eſt diſcordia ſȝ apparētia diſcordię puenit ex debilitate noſtri intellectus.vñ. d. An eſt nota ſolutionis nulla eſt diſcordia veris ſi ſemp certa coherēt ſibi ȝ mēs noſtra obruta.i.oppreſſa mēbris.cecis.i. cecātibus aiam illa nequit igne id eſt ſplendore oppreſſi luminis ſcȝ intellectus noſcere ſubtiles nexus id eſt coniūctiones rerum que videntur diſcordare

Eadē noluit mixta iugari An nulla ē diſcordia veris ſpqȝ ſibi certa coherēt ſȝ mēs cecis obruta mēbris Nequit oppreſſi lumīs igne Rex tenues noſcere nexus. ſed cur tāto flagrat amore veri tectas reperire notas Scit ne quod appetit anxia noſſe. Sȝ quis nota ſcire laborat Et ſi neſcit qd ceca petit. Quiſ eni quidq̄ȝ neſcius optet An quis valeat neſcita ſeq Quo ve iueniat quis reptam Queat ignotus noſcere formam.

Notādū ſi conſideremus prouidētiam diuinā per ſe poſſibile ē cā eē.ſi ɔſideremꝰ liberū arbitriū per ſe etiā poſſibile eſt cum eſſe vt patet ex dictis.Sed ſi cōſideremus vtrūqȝ ſimul tunc vidētur incompaſſibilia ſicut patȝ ex rationibus ſuperioribus:ſecundum veritateȝ autem ſe bene cōpatiūtur ſed nobis nō apparet. quia intellectꝰ noſter oppreſſus mole corporis nō poteſt ſe eleuare in huiuſmodi cognitioneȝ. Nam ſecūdū ſapientem corpus quod corrumpitur aggrauat animam et terrena habitatio opprimit ſenſum multa cogitātem.Sed cur tanto flagrat amore. Hic philoſophia obicit contra ſolutionem Si enim anima ignoret iſtas ſubtiles coniunctiones vnde eſt ꝙ deſiderat eas ſcire cū nihil ignotum poſſit deſiderari.vnde dicit Sed cum anima flagrat id eſt ardet tanto amore id eſt deſiderio reperire notas tectas id eſt notificationes latentes veri id eſt veritatis.Scit ne mens illud quod ipſa anxia id eſt ſolicita appetit noſſe. q̄ſi dicat:non quia nemo appetit ſcire illud quod ſcit.⁊ hoc eſt quod dicit Quis laborat ſcire nota q̄ſi dicat nullus.oportet igitur dicere ꝙ neſciat et tūc ſeqtur aliud inconueniens ſcilicet ꝙ animal deſideret illud quod neſcit. Unde dicit Si neſcit illud quod petit qd petit id ē deſiderat mens ceca id ē ignorans.Quis em̄ neſcius optat quicq̄ȝ.Quis enim poteſt ſequi neſcita. aut quis neſcius poteſt noſcere quo inueniat:ſupple illud quod querit:et quis neſcius poteſt noſcere formam repertam quaſi dicat nullus. Notandum ꝙ dictuȝ eſt in reſponſione ꝙ anima ignoret compaſſibilitatem prouidentię et liberi arbitrij ſed deſiderat eam ſcire.Contra hoc arguit ſic Nullus appetit ſcire quod ſcit Si anima deſiderat ſcire aliquid vel ignorat illud vel ſcit.ſi ſcit ergo non deſiderat ip̄m ſcire quia nullus appetit ſcire quod ſcit cum oīs appetitus ſit ratione carentię Si aūt ignorat illd̄ quod deſiderat quomō ignotū deſideraf cum voluntas non querat incognitū.ideo ſi ignorat nūquam cognoſcet Quis enim ignotū inueniet.Si enim paterfamilias quereret ſeruum fugitiuum quem ignoraret poſſet ſibi multotiens occurrere ꝙ ipſum nō inueniret ſicut dicit Linconienſis ſuper primo poſteriorȝ An cum mentem cerneret altum.hic ſoluit obiectionem Ubi notandum ꝙ Plato poſuit animas eſſe in celo creatas et habere cognitionem omnium perfectam ſed per lapſum ad corpora eam obliuiſci

An cum mentem cerneret altam Pari ſumma et ſingula noꝛat Nunc mēbꝛorum condita nube. Non in totum eſt oblita ſui ſūmamq; tenet ſingula perdens. igitur quiſquis vera requirit neutro eſt ambitu: nam neq; nouit Nec penitus tamen omnia neſcit Sed quam retinens meminit ſummam Conſuluit alte viſa retractans Ut ſeruatis queat oblitas addere partes.

Pꝛoſa quarta libꝛi quinti.

Um illa vetus inqt hec eſt de ꝓuidētia querela a marcoq; tullio cū diuinatōe; diſtribuit vehemēter agitata tibiq; ipi res diu ꝓꝛſus ml'tūq;

cog nitionem rerum in particulari ⁊ retineri eam in vniuerſali et poſtea per exercitium recuperare cognitionem reru; in ꝑticulari. vnde dicit ſic. An eſt nota ſolutioīs cum aīa cerneret. i. ſpecularetur altam mentem. i. ꝓfunda; mentē dei ipſa pariter ⁊ ſimul nouerat ſummā. i. vniuerſalē cognitionē ⁊ ſingula. i. ſingularē cognitionē rerum ſed nūc ipſa condita. i. tecta nube membꝛoꝝ non eſt oblita ſui per totum. i. totaliter. ſed ipſa tenet ſumma; id eſt cognitionē vniuerſalē reru; perdens ſingula. i. ſingularē cognitionē. igit quiſquis requirit. i. inueſtigat cognoſcere vera taliſ ē neutro bitu ſupple vt ꝑfecte cognoſcat vl' qđ oīno ignoꝛet. Unde dicit. Nam neq; nouit ſcil; in ſpeciali ⁊ ꝑfecte illud qđ querit nec penitus neſcit oīa ſed ipſe meminit id ē in memoꝛia hab; ſummā i. vniuerſalē cognitionē quā retinens ꝯſuluit ſupple actuali conſideratione retractans id eſt reuocans per ſtudiū alte id eſt ſubtiliter viſa id eſt pꝛius in ſpeciali cognita vt ipſe queat addere oblitas ꝑtes partibus ſeruatis ſupple in memoꝛia. Notandū ꝙ ſecūdū iſtam viam Platonis ſolueretur ratio pꝛius tacta vel aīa ſcit qđ deſiderat vel neſcit. dico qđ neſcit in ſpeciali ⁊ in ꝓpꝛia foꝛma ſed ſcit in vniuerſali. ⁊ cum dicitur nullus deſiderat ignotu;. verum eſt ſicut eſt ignotum in vniuerſali. tamē deſiderat ipſum vt eſt ignotu; in ſpeciali. ⁊ cum dicitur ſi ignoꝛet nunq̄ inueniet: verum eſt ſi ignoꝛat tam in generali q̄ in ſpeciali. ⁊ ſi ignoꝛat in potentia ⁊ in actu: ſi tamen ſcit in potentia ⁊ in vniuerſali ⁊ ignoꝛat actu ⁊ in pꝛopꝛia foꝛma poteſt ipſum inuenire ⁊ adiſcere.

Pꝛoſa quarta vltimi libꝛi.

